ctum ē, i quo capiti mēbra consentiunt, illa res publica optime in-  
stituta, in qua deteriores melioribus obsequūtur, ille scholastico  
rū cōuent⁹ bene morat⁹, beneq; cōstitutus iudicatur, in quo scho-  
lastici rectorē venerātur, rectori p̄resto sunt, rectorē tanq̄ ducē af-  
fectantur. Hoc si fiet, ordo scholasticorū erit apud nostrates fauo-  
rabilior, rector ipse venerabilior, & Gymnasio Bononiēsi pristina  
dignitas restituet, qd̄ olim gymnasijs Atticorū, Alexandrinorū, at-  
q; Tharsensū, q̄ antiquitas admirata est, meruit equiparari. Te  
autē clarissime rector nō moneo, nō hortor, nec ei tu meā idiges  
aut monitionis, aut hortatiōis, sed tuapte spōte currētē cito, isti-  
mulo, impello, vt tutelā gymnasiij gymnasticęq; dignitatis tota  
mēte suscipias, susceptā ita foueas ac modereris, vt celeberrimus  
hic ordo scholasticorū tua diligētia, p̄bitate, vigilātia cōfirmet au-  
geat, illustret. nō deerūt tibi suffragatores ad oīa pagēda illustres  
p̄cipes mei Bētiuoli cū genitore absēte p̄sētes filij, quorū fulgorē  
nup̄ fortūa paulū obnubilauit, vt purior deīde lucidiorq; enitescat.

Oratio in accipientē magistratus insignia: Fo. XX.  
cet. Sicut solē videm⁹ interdum post dispulsā nebulā, post dissipatas nubes, post edomitā coacti aeris crassitudinē/fulgere splendidi⁹, radiare flagrantius, torrere vehēmentis. Tu magnifice rector enitere, meditare, contēde, vt expectationi, quā de te cōcitasti, satisfacias. id erit tibi tuāq; genti maxio ornamento, & successoribus exemplar esse poteris ad imitandum. Dixi.

Philippi Beroaldi Oratio habita dum rector scholasticus nomine Melior accepit magistratus insignia.

**E**gregia res est viri prestātissimi atq; laudabiles, rebus oib⁹ administrandis aliquē p̄ficere, q cuncta prudēter examinet, docte dispēset, sapiēter administret. Cui⁹ nū tui ac iussis reliqui obediāt atq; obsequā, quem vnū cū cti sectent⁹ vt ducem, colant vt principē, reuereātur vt rectorem. Hoc in rebus etiā minimis, licet inspicere. Nauis vnū habet gubernatorē, cuius peritiā nautæ oēs ac remiges obsequūtur. Arx vnū habet p̄fectū, qui reliquos custodes in officio cōtinet, & nullus ab eius p̄scripto vel digitorū trāsuersū discedere tētat. Et vt ad maiora veniamus, Nulla ciuitas bene potest gubernari sine magistratibus, nulla castra sine imperatoribus, nulla puincia sine præsidiibus. Nihil est p̄fecto p̄stanti⁹, nihil vtilius bono sanctoq; rectore qui subiectis concordia suadeat, bonitatem laudet, virtutes p̄cipiat, & officia capessēda p̄scribat. Merito itaq; viri clarissimi laudādi sūt Bononiēses, qui inter reliqua sacte, prudēterq; īstituta hoc in primis sanxerūt atq; institueūt, vt ornatissim⁹ ordo scholasticorū rectorē habet, qui sua prudētia atq; solertia cuncta reget, ac moderaretur, qui faciēda p̄ciperet, vitāda mōstraret, sub cui⁹ oculis atq; vigilātia scholastici vitā in literis quieteq; traducerēt, & illi⁹ p̄ceptis obediēter obsequerent⁹. Hoc cū p multos ānos diligentissime in vrbe nostra custoditū sit, nup quoq; vt maiorū vestigia custodirentur, designat⁹ fuit rector vir p̄stantissim⁹ & oī laude cumulatissimus, qui celeberrimo scholasticorū ordini p̄ficere. de cui⁹ virtute, moribus, atq; p̄stantia abunde iudicatū esse videtur, cū eum non solū p rectore, sed etiā p rectoribus elegerint, & oībus suffragijs declararint, qui solus officio fungere vtriusq; rectoris, & illius qui Italicis scholasticis præest, & illius qui puinciales moderatur. Ego verō viri circūspectissimi magnopere laudo consiliū illorum, qui vice duorum p̄fectorum vnicū tantum præfectum scholasticorum creādum esse duxerunt. Neq; enim vlla poa

c. iiii.

## Philippi Beroaldi.

testas potest habere cōsortē. Et hoc nobis ipsa rerū natura demōstrat. Rex vn⁹ est apibus, & dux vnus in gregib⁹, & in armētis rector vn⁹. Vnum grues ducē sequūtur ordine literato. Quid mīta? Vnus est mundi rector atq; gubernator beatificus, in nominabilis vltra mūdānus, q̄ solus cūcta rōe dispēsat, virtute gubernat, nutu moderat. Talis itaq; erit in laudatissimo scholasticorū ordinē regēd⁹ hic nuper⁹ rector, qualis ēi gubernāda naue gubernator, in custodiēda arce p̄fect⁹, in regēda ciuitate magistrat⁹, in administrāda p̄uincia p̄ses. Hic cū iuuenili ætate nestoreā habeat sapiētiā, cū bonitate nōi respōdeat, cū sit ex oī parte laudabilis, oīa illa strenue & diligēter efficiet, q̄ magistratui suo accommodata, q̄ clarissimo ordini scholastico cōducibilia, q̄ honori & dignitati cōuenientia esse cognoscet. Valete.

### Philippi Beroaldi Oratio ad Tribunos plēbis

**N**ihil mihi viri clarissimi solet esse iucundū, nihil antiqui⁹ q̄ in celeberrimo cōuētū qualis hic ē, q̄ corā magistratib⁹, quales estis vos, de republica capeſſenda cōcionari, de qua is quoq; bñ mereri videt, q̄ oīone vtitur, ad animos eorū qui magistratū ineunt, incitandos, cotis vice fungēs, q̄ vt inquit Horatius, cū ipsa exors secādi sit, ferrū tamen acutum reddere potest. Quāobrem hodierno die hoc dicēdi mun⁹ mihi inrūctū libentissime subiui, & eo quidē libētius q̄ de magistratib⁹ qui sacrosacti, de Tribunitia potestate, q̄ amplissima, de Tribunorū iure, quod populare est, mihi dicēdū esse video. Nec ignoro quid hic locus, quid ista cōcio, quid dignitas v̄ia postulet, & quid me ipsū decere videatur. Quocirca diligentissime p̄spiciā, vt neq; inept⁹ appareā, neq; nimis effusus, neq; nimis astrict⁹ fuisse dephēdar. & vt ordinī Tribunorū satisficiam p̄ virili parte conabor, qui inter ceteros populariū magistratuū ordines est eminētissimus, qd̄ sacrosanctū collegium haud dubie declarat maiores nostros multa per se prudentissime cōstituisse, aut accepta ab alijs meliora reddidisse. Nam quāta inter Romanos Tribunos, & nrates qui ab illis fluxerunt differentia sit, q̄so diligenter attendite.

Romanis discordiæ ciuiles & intestina dissentio Tribunos plēbis pepereit, qñ in sacro mōte Romana plēbes, q̄ a patrib⁹ vexata secesserat, peculiare sibi magistrat⁹ creauit, q̄ Tribuni plēbis nūcupānt. Nobis verò iura, leges, atq; cōcordia Tribunos plēbis tradiderūt. Apd̄ Romanos nemini patricio Tribunatū capere licebat, vtpote plēbeiū magistratū. Ideoq; Clodius perniciosissim⁹ Tri. plē. iudicatus. Qui relicta Claudia gente patricia. C. Fonteio

homini plæbeio se in adoptionē tradiderit, vt Tribunatū cōseque-  
 reſ. Atqui apd̄ nos plæbei patricijq; promiſcue Tribuni deſignāſ,  
 nullo liuore, nulla cōtēſione, nulla diſcordia. Romæ ab initio Tri-  
 buni treſtātūmodo fuerūt, a quo numero Tribunos nominatos  
 iure cōſult⁹ opinaſ. vel vt Liuius, Dionyſi⁹q; tradiderunt, quinq;  
 quorū numerus ad decem vſq; peruenit, quibus annua eſt finita  
 poteſtas. Noſtra aut̄ ciuitas cū in regiones quatuor diſtincta ſit,  
 ex ſingulis quaterni leguntur, quorū authoritas quatuor mēſiū i-  
 teruallo concludiſ, ita ſit vt quotannis duodequīquaginta Tribu-  
 nos ciuitas nra ſortiaſ, quæ cū a Romanis. M. Fuluius, & C. Man-  
 lius conſulibus Colonia latina deducta fuerit i creandis magiſtra-  
 tibus & potiſſimū Tribunis religioſior atq; fecundior ipa parēte  
 fuiſſe cognoscit. Quāto Bononiēſes, beatioreſ Philipp⁹ Macedo-  
 nū rex inclytiffim⁹ eſſe dixiſſet, qui beatoſ Athenienſeſ nūcupa-  
 bat, q; ſingulis annis p̄tores decē cū ip̄erio crearēt, & ex ſuis ciui-  
 b⁹ faciſſime reperirēt. Præterea apd̄ Ro. Tribunorū plē. poteſtas  
 magis ad ip̄ediendū q̄ ad agendum erat accōmodata, vt Plutar-  
 chus, & Appian⁹ mēoriæ p̄dideſt, & vt Cicero meminit, ita cō-  
 ſulib⁹ erāt oppoſiti Trib. quēadmodū apd̄ Lacedæmonioſe pho-  
 ri aduerſ⁹ reges collocati. Et cū Tribunis intrare curiā nō liceret,  
 añ valuaſ poſitiſ ſubſellijs Senat⁹ decreta p̄ſitātēſ q̄ plurima re-  
 ſcindebāt, nec rata eſſe patiebātur. Cōtra nri q̄ agēda ſunt agunt  
 q̄ omittēda pariter omittūt. Cōſulib⁹ verō alijsq; magiſtratib⁹ a  
 deo cōiuncti, adeo connexi, vt ad reſ obeundaſ illiſ adiutoribuſ  
 vtant, & nō pauca ex illorū cōſilio adminiſtrare cōperiant. Quā-  
 to ergo veſter o Tribuni, q̄ Romanorū Tribunorū maior ē ordo,  
 quanto numeroſior, quāto compoſitior, tanto voſ magiſ eniti de-  
 cet ac elaborare, ne virtute ac rebus agēdiſ inferior iudicetur. Et  
 qm̄ diſcordia ordinū venenū eſt ciuitatū, q̄ Romanos Tri. cum co-  
 ſulibuſ altercanteſ ſepiſſime labefactauit, Voſ concordia potiſſi-  
 mū cuſtodite, ſit inter voſ oēs in adminiſtrāda republ̄ca ſtabiliſ  
 & firma cōſenſio, in ore atq; animiſ veſtriſ verſeſ ſēper Salluſtia-  
 na illa ſētētia, qua hiſtoric⁹ ille clariffim⁹ demōſtrauit Cōcordia  
 puas reſ creſcere, Diſcordia maxiāſ diſſipari, pp̄ quā. M. Agrip-  
 pa ſe virg⁹ bonū factū eē gl̄iabaſ. Voſiſ exēplo ſit prudentiſſimū il-  
 lud Siluri factū. Qui. lxxx. filijs decoratus cū iā morti p̄xim⁹ eſſet  
 virgarū falcē vnicuiq; natorum porrexit iubēſ vt illū cōfrigerēt.  
 Id autē ſinguliſ facere nequeuntibuſ, ip̄e ſigillatī virgaſ oēs facile  
 cōfregit. quo callidiſſio cōmento ſolertiſſim⁹ pater filiōſ admonu-  
 it eoſ firmoſ ac potēteſ tantīſp̄ futuroſ, dū iter ſe cōcordēſ & ani-

## Philippi Beroaldi.

Lepidi  
factum.

Monar-  
chia. ari-  
stocratia/  
Demo-  
cratia. o-  
ligarchia

mis cōglutinati esse p̄seuerarēt, ibecilles verò & infirmos si discor-  
dia sciungerent. O diuina concordiae vis, q̄ dissipata connectit, i-  
firma corroborat, sine qua magistratus nō salutare, sed detrimē-  
tosi in suis vrbibus efficiunt. Cōspirate itaq; Tribuni, & vno cōsē-  
su descendite ad rēpublicā capeSSendā, q̄ oībus p̄fecto rebus ante  
ponenda est, cuius causa. M. Lepidus cū. M. Fulvio Collega quo-  
die censor factus est hoīe iūmicissimo statim rediit in gratiam, & si  
multates, inimicitiasq; deposuit. Induite personā publicā exui-  
te priuatā, Mēs vestra p̄ter publicū cōmodum nihil spectet, huc  
oculos, animū, cogitationes, huc studia vestra conuertite. Aequi-  
tatē verò i primis custodite, & iustitiā āplexamini. Sine qua (vt in-  
quit Augustinus) Reges tyranninūcupant, sī qua optimatiū cō-  
sensus factio est, sine qua nec dom⁹, nec ciuitas, nec hoīz gen⁹ vni-  
uersū nec ip̄e mund⁹ consistere pōt. Iustitiā patrocinari est ip̄am  
virtutē colere. Cuius hāc vis ē efficacissima, Hostē esse atq; inimicū  
cū hoīm, morūq; malorū, contra defensorē hoīm morūq; bono-  
rum. Commoda prāterea patriae sibi prima putare. Deinde parēs  
tum. tertia iam supremaq; nostra. Quos Lucilianos ver⁹ Tribu-  
ni non solū vobis ediscendos, sed quotidie in manibus, i ore in in-  
timis p̄cordijs habendos esse cenſeo. Et sicut Chrysipp⁹ imaginē  
iustitiā faciendā esse docet forma virginali, aspectu vehemēti, lu-  
minibus oculorū acriorib⁹, ita oportet magistratum, qui iustitiā  
antistes est, esse grauē, sanctū, incorruptū, contra improbos, no-  
centesq; inexorabilē. Eūvero concordī, & iusto magistratu nihil  
p̄stantius, nihil vtilius in bñ constituta republica reperiri potest.  
Discordi verò & iniusto nihil perniciosi⁹. Concordes duce iustitia  
R. P. seruant incolumē. Discordes iniustitia domināte labefactāt  
& euertunt. Estote ergo Tribu. iustitiā cultores acerrimi, & equo  
honestoq; patrocina mini. i hoc verset oē vestrū otium, oīne nego-  
tium, in hoc quies & labor reponat, in hoc studium & diligentiam  
collocatote, sit quoad fieri potest, magistratus vester port⁹ bono-  
rum, scopulus reorū. Et qm̄ Tribunus popularis est magistratus,  
popula res vos plābicolasq; prābetote, & populi commodā pro  
virili parte defendite. Caterū cū plures sint rerū publicarum spe-  
cies, Platone & Aristotele principib⁹ ita tradentibus, Cū sit prin-  
cipatus regi⁹ quā monarchiam appellant, cū sit optimatium quē  
grāce Aristocratia nuncupatur, cū sit popularis status, cui Demo-  
cratiā nomē est, cum sit oligarchia id est paucorum, quando ma-  
gistratus a censu eliguntur, cū sit etiā tyrānica administratio, ve-  
stra sūt partes Tribuni, vīm munus, vestra est diligētia, vestrēq;

vigilantiæ enī cōtēdere elaborare p virib⁹, vt p̄cipatus hui⁹  
urbis, qui ex Aristocratia Democratiaq; cōpositus est, nulli alio-  
rum cedere, nulli postponēdus esse videatur. Tribuni pro populo  
excubare debent, & munia reipublicæ saluberrima capescere. id  
quod priscorū Romanorū instituta declarāt, quibus nullū diem in-  
tegrum Tribunis plēbis abesse Roma licebat, quēadmodum nec  
prouinciarum rectores extra prouincias abnoctare iura pmittūt.  
vt videlicet semper p̄sto essent, & siquando opus foret, ne vnq;  
eorū opera a plēbeis delyderaretur. Hinc etiā ianuæ antiquitus  
die noctuq; patebāt Tribunorū, tanq; port⁹ & refugiū laboranti-  
bus semper paratū esset, quibus foret opitulādū. Quinetiā Tribu-  
ni purpurā minime gestare cōsueuerūt, vt popularis magistratus  
in omni victu ac cultu popularibus similis cōspiceret. Et vt Curio  
dicere solebat, Tribuno cōuenit p̄bere se multitudinī commodū  
atq; tractabilē & in adeundo se facili. quod etiam a iuriscōsulto  
nō solū de p̄sīde, sed de oībus quoq; magistratibus dictū esse exi-  
stimare debemus. Plurimū in re publica administrāda valet ma-  
gistratus, maxima in rebus obeundis est magistratus authoritas.  
quod in oculo pupilla, in nauī gubernaror, in quadrigis auriga,  
hoc in ciuitate pollet magistratus, quemadmodum oculorum aci-  
es sine pupilla hebetatur, sine gubernatore nauis periclitatur, si-  
ne auriga currus sæpe cōuertitur, ita sine magistratibus ciuitas la-  
bascit atq; vacillat. Quid ei aliud significat magistratus, q̄ recto-  
rē ac reipub. moderatorē? Vnde a magistrādo. i. moderādo magi-  
stratus nomen ipsum deriuatur. Et quemadmodum magistrati-  
bus leges, ita populo p̄sunt magistratus, & quēadmodum legem  
dicimus mutum esse magistratū, ita elegāter & verē dici pōt ma-  
gistratū legē esse loquētē. Vos ergo Tribuni qui magistratus estis  
& quidē sacrosancti, rebus moderādis incumbite, publica cōmoda  
pro virili portiōe fouete, & quod rectū erit id solū vtile existi-  
mate, & qđ iure iurando astricti facturos vos esse pmittitis, id reb⁹  
cōprobate. In primisq; diuina illa Catonis Cēforij verba semp in  
in memoria atq; i pectore habetote. Si quid vos per laborē recte  
feceritis, labor ille a vobis cito recedet, bene factū a vobis dū vi-  
uetis nō abscedet. Sed si quid p voluptatē nequiter feceritis, volu-  
ptas cito abibit, nequiter factū illud apud vos semper remāebit.  
ita Tribuni ad benefaciēdum, mentē, studiū, operam, industriā  
applicantes vobis honori, amicis ornāmēto, reipublicæ vtilitati  
& posteris exemplo esse poteritis.

Dixi.

## Philippi Beroaldi:

Ad illustrissimum principem Ludouicum Sphortiam

Philippi Beroaldi Epistolium.



Vemadmodū Parthiorū regē nemo sine mūere salutat ita ego te illustrissime princeps salutatur? attulī tibi p munusculo panegyricū, quē lēta frōte, ac hilari vultu accipias quæso. Nō eī min⁹ regia res ē pauca benigne ac comiter accipere, q̄ magna largiri. Multa ideo p̄ciosa existimātur, q̄a dijs immortalib⁹ sunt dicata. Libellus hic ad famā, fortasse perueniet, quia tuū clarissimū nomē gestat in titulo, cū alioquin subire posset infamiā. Quicquid id est quaecūq; est boni cōsulito, & cū ociosus eris ac feriat⁹ ab occupationib⁹ rerū amplissimarū quib⁹ iugiter distineris, tunc in man⁹ accipito, & succissius tēpori bus perlegito. In summa cū nihil agere voles, hoc agito. Dij faxit vt istud sit ppetuū pign⁹ ac monumētū meæ erga te fidei ac obseruatiōis. Vale, & me qui tibi macipatus sum, in clietelā ascribito.

Philippi Beroaldi Panegyricus ad illustrissimū principem Ludouicum Sphortiam.



Aepenūero ipse mecū dubitauī illustrissime p̄iceps Ludouice Sphortia, vtrū ne fortuito ac casu p̄cipes terris darētur, an ab oīpotentissimo rerū omniū cōditore deo traderētur, Sed hæc oīs iā ex animo sublata dubitatio est, postq̄ tu indytissimi ducatus Mediolanēsis habenas gubernare cœpisti. Liqueat enī te principē diuin⁹ cōstitutū. Tu ab ipso deo, repertus elect⁹ atq; missus esse videris ad hoc amplissimū imperiū moderādū, qđ aliquādiu rectore viduatū labasse atq; titubasse accepim⁹ sicuti cymba sic gubernatore a p̄cellosa tēpestate deprehēsa iter fluct⁹ vndabūdō agitaf. De⁹ itaq; cū labātī ac nūtabūdō Insubriū statui subuenire ac opitulari vellet, te vnū ex oībus potissimū delegit, q̄ tua singulari virtute fulcires titubātia, re creares afflicta, sedares tumultuosa, qui dēiq; cūcta redigeres ad trāquillitatē. Nō poterat mediussidi⁹ illustrissim⁹ dux adhuc pupill⁹, adhuc puer tutorē p̄ximiorē, sanctiorē, cordatiorēq; vsq; repire q̄ Ludouicū Sphortia, qui cōsanguinitatis gradu artissimō cōiūctissim⁹ est, vt pote german⁹ ipsi⁹ genitoris qui p̄bitate inocentia, iregritate nulli principū postponēd⁹ ē, qui prudētia solertiaq; tāta splēdescit, vt cordat⁹ merito cognominari possit. Hęc sūmati & i trāscursu magis signata q̄ dicta, lat⁹ iā explicāda sūt, & copios⁹ narrāda, qđ vt cōmodi⁹, luculētiusq; pficere possi, vellē mihi a dijs immortalib⁹ dari fluuiū Tulliaē eloq̄ntiē, & torrētē Demosthēis faciūdiā. Grādes eī materias īgenia pua nō sufferūt, & i ipso cōatu

subide succubūt, grādis imo ingēs hęc est materia quā aggredior, Ingeniū mihi per q̄ mediocre, nec inficior, vires tenuissimæ. Sed in magnis voluisse abunde magnificū ac pulchrū existimat etia si assequi nequiveris, proinde hoc nos ausos esse nō improbabis illu- strissime princeps etiā si vires ipsæ defecerit. Ceterū non auspicabi- mur laudes tuas a cunabulis ipsiq; crepundijs, sicut nōnulli lauda- tores factitare cū sueuerunt, non stēmata generosissimæ familiæ recēbim⁹, de qua meli⁹ ē tacere q̄ pauca dicere, nō fortūas lucu- lētissimas, neq; eximias corporis dotes referem⁹, quæ neq; tu ma- gni facis, neq; inter principes solus possides, nihil nisi propriū, ni- si genuinū nisi tuū laudabim⁹ illustrissime princeps, hoc est solas ip- sius animi tui dotes, q̄ i hoīe sunt bōa p̄cipalia, cōmemorabim⁹. diuitias, generositatē, honores, formositatē, vires, hoc est fortūæ & corporis bōa, magis circa nos q̄ in nobis esse scriptores idonei tradiderūt, & aliena nūcupant. Ipsas vero animi virtutes, q̄ neq; ab ætate mutabiles, neq; vllō īfortunio caducæ, nostra & vera bo- na nominare solem⁹. Quæ quidē dotes tāto p̄ciosiores iudicantur, quāto maior est ille i quo enitescūt, quas i te optie princeps tanto splēdiores existimamus, quāto tu iter reliquos p̄cipes enitescis. Quę impræsentiarū mihi de laudib⁹ tuis dictū uriētī agminatim se ingerūt & cateruatim, ita quælibet festinabūda se offert, vt a no- bis i hoc panegyrico prima promatur. q̄ res mediussidijs hæsitan- tem me fecit & cūctubūdū. Nanq; si cōpero de prudētia tua sin- gulari prædicare, occurret iustitia, q̄ postponi gemebunda dole- bit. Si dixerō de fortitudine, tristabitur tēperātia. Si laudauerō li- beralitatē, frugalitas ipsa se cōtēni existimabit. Si clāmētīā extu- lero, seueritas indignabit. Deniq; quācunq; primā arrīpuero, illi ceterę iuidebūt, ita ei in singulis virtutib⁹ emines, quasi reliquas non possideas. Ego tñ p̄ virili parte ita contendā ac elaborabo, & tale tēperamētū adhibebo, vt singulis qd suū ē tribuisse videamur. Sed vnde prius ordiar q̄ a prudentia? q̄ (vt scribit Plato di- uinus) ceterarum virtutū dux est, q̄ in te adeo fulget atq; splen- descit, vt neq; i Nestore maior, neq; i Catōe præsentior fuisse cre- datur. Prudētia cū oēs mortales, tū potissimū p̄cipes decet qui hac duce nihil insipiēter, nihil temere i gubernādis subiectis age- re, neq; volunt, neq; possunt. Prudētiā Solomō i parcemijs amicā vocandā esse p̄cepit. Hęc tibi est prudētissime princeps amica peculiaris, hęc te dies, hęc te noctes fouet ac amplexatur, hanc ne transuerso quidē digito abste digredi sinis, hac aurigātē habe- nas i perij cōsultissie moderaris, hac duce cūcta prudētissie dispo-

Virtutum  
accumu-  
latio.

Prudētia:

parcēmia.  
est puer-  
bium.

## Philippi Beroaldi

Iustitia.

Fortitudo.

nis, hac adiutrice nihil in te reprehensibile cōspicitur. Prudentię germana iustitia te iugiter comitatur, sine qua principes principū nomē amittūt, & i tyranni nomē detestabile transgrediuntur, q̄ si Ciceroni credimus, omniū est domia & regia virtutū, ad quā nos esse natos intelligere debemus, q̄ auro p̄ciosior vt̄quit Plato iudicanda ē. Quæ suū cuiq; tribuit, alienū nō inuadit, & p̄pria vtilitate neglecta / publicā vtilitatē fouet atq; tutatur. Cuius fruendæ causa videntur olim bene morati reges cōstituti. Tu vero iustissime princeps ius sanctissime dicis. Et cūcta velut in librili perpendēs oīm beniuolentiā p̄mereris, audis desyderia cūctorū & tāq; alter Alexāder ex duabus auribus, alterā accusatori p̄bes alterā reo tradis Te nulla largitio, nulla gratia, nulla cupiditas trāuersum trudit a recte cōsulēdo recteq; iudicando. adamussim singula pensitas, & cōtrouersias omnis diligētissime cōponis. Nullū a fermonetuo tristē discedete p̄mittis, qđ oli Titū Vespasianū factitasse tradūt. Hę sunt partes regię, hęc sunt noia ip̄eratoria Cōponere lites, decidere negotia, satisfacere desyderijs mortalium citra odiū cuiuspiā ac maliuolentiā. Sūma equitate nec minori lenitate eius dedisse laudatur Augustus. Cui⁹ vestigia tuæmulatus seueritatis mīscēs comitatē, & quoddā ex vtroq; effidis saluberrimū tēperamētū, habes horas quotidianas & statas, quas audiēdis cōtrouersijs impēdere memoraris. quib⁹ tā humili q̄ potēti, tā egestoso q̄ luculēto licet ad te adire, desyderia expromere, & lites explicare. Profecto nihil p̄stabili⁹ esse potest, & potissimū ip̄ricipe, q̄ habere tēpora disticta, & horas negotiosas a feriatis sequestratas, vt enī certus syderū cursus, ita certa vita hominū delectat, & principū p̄sertim. Nāq; idē efficitur, vt ciues ac subiecti minime totos dies cōterāt, dū colloquiū principis aucupātur. Nouerūt tēpera, nouerūt horas, horarūq; momēta, quib⁹ possint apud te suas cōtrouersias enarrare & petitiones exponere. Cæterū cū p̄cipales virtutes ita intra se cōnexę sint, prout Philosophi autumāt vt iuicē nequeāt dissociari, ita i te prudentia, ac iustitia iclytissime princeps effulgēt, vt tñ & fortitudo, & tēperatiā non lordeſcāt. nā quanta fortitudie p̄æditus esses in gremiis exanclatis haud dubie demōstrasti. Etenī cū fortitudinis peculiare munus sit toleranter calamitates perpeti, neq; rebus aduersis succūbere, Tu olim fulminibus fortune impotētis semiustulatus virū te fortissimū magnanimumq; p̄stitisti, Cum neq; fortune cederes, neq; afflict⁹ iaceres, neq; in gurgustio plorabundus ingemisceres. Immo quē admodum nemo te ynquam in rebus secundis superbum ac in-

**Panegyricus in Sphortiam. Fo. XXIII.**

solentem conspicatus est, ita aduersis, nullus vnquam succubuisse cognouit. Voluit (mihi crede) fortuna paulisper tecū colluctari, vt ingenium tuū periclitaret. Sicut enī ignis aurū probat, ita calamitas viros fortes explorat, & vt aduersa ex secundis, ita ex aduersis secunda noscunt. Cognitum in te est fortissime princeps Horatiani illud eulogium esse verissimū.

Si fractus illabatur orbis

Iam pauidum ferient ruinae.

Quanta vero dii boni in Ludouico Sphortia tēperātia moderati oq; florescit, qui in medijs delicijs collocatus, delicias nō āplexatur, qui inter sexcēta milia voluptatū positus, abstinet a voluptatibus, qui inter incentiua libidinum instrumentaq; luxuriātis fornae castum agit principem & frugi.

Tēpātia.

Ardua res hac est opibus non tradere mores,

Et cum tot Cræfos viceris, esse Numam.

Curiū atq; Fabricum duo Romanæ frugalitatis exēpla maiores nūi laudib<sup>9</sup> extulerūt, q; paruo cōtenti vixerūt, & frugalissimi inter Romanos extiterūt. Verū nulla vel minima laudatione illi mihi digni esse vident, q; in paupertate collocati egestosis similes viuere, & iubēte necessitate voluptates eliminare cogebātur. Sed da mihi aliquē Cræso aut midæ diuitijs æquipādū, q; opib<sup>9</sup> affluēs, auro abūdās, q; pollēs ac potēs frugalit̃ viuāt, q; abstinentiā appetitionib<sup>9</sup> coercedis adhibeat, q; bellū titlātib<sup>9</sup> voluptatib<sup>9</sup> idicat. Illū deo similitū iudicabo, adeo male cōueniunt, maleq; coeunt virt<sup>9</sup> & voluptas, frugalitas & luxuria. Maxia est igit̃ ite hac vel poti<sup>9</sup> diuina virt<sup>9</sup>, in sūma peccandilicētia nō peccare, inter blādisimas ac illicibiles voluptates cohibere seip̃s, & appetitū obediētē efficere ratiōi. Quid ergo p̃stati<sup>9</sup>, qd admirabili<sup>9</sup> excogitari pōt p̃cipe prudētissio, iustissio, fortissio, tēperatissio? Quæ qd dē virtutes cūctarū reginā virtutum ī paucissimis p̃cipib<sup>9</sup> iugata cōspiciūt. Aliq; prudētia enituit, sed iustitia obsoleuit. Aliū fortitudo decorauit, sed intēperātia ac libido dehonestauit. Deniq; nulli vel rari extiterūt, in quib<sup>9</sup> quatuor virtutes siml̃ enitescerēt. Atqui nemo admiretur, sinūc prudētiā a iustitia, fortitudinē a tēperātia, aliāq; ab alia ita seiūgā, quasi possit quisq; prudēs esse citra iustitiā, fortis citra tēperātiā, cū iter philosophos, & maxime stoicos cōstet, q; vnā habuerit oēs habere, & q; vna caruerit, oibus carere virtutib<sup>9</sup>. Alia ē illa philosophorū limata, & nimis spinosa subtilitas, alia ē ex cōi opinione ducta sententia. Vt ergo vulgus, ita nos hoc loco sermocinamur, vt alios iustos, alios prudentes

## Philippi Beroaldi.

Clamē-  
tia.

Liberali-  
tas.

Amici.

esse dicamus, popularibusq; verbis utimur de populari opinione loquentes. Sed ut ad te perfectissime princeps nostra remigret oratio, sicut quadriga illa virtutum principalium te vehere ac gestare existimatur, quod quod paucissimis diis dederunt, ita illarum quoque virtutes, quae minores dicuntur, te ornatum faciunt ac monstrabile. Clementia, liberalitas, indulgentia, affabilitas, reliquaeque id genus quae principes amabiles efficiunt atque fauorabiles, quae populos reddunt fideles deuotos ac multiplicatos. Enimvero clementia, ut eleganter docet Flavius Vopiscus, dos prima est imperatoris, ut nullum magis ex omnibus (ut sanctissime inquit Seneca) quam regem et principem decet. Haec est illa virtus, quam in Cesare dictatore luculenti scriptores laudant, et extollunt, quam principes omnes exuperasse ferunt. Vnde Cicero ad Caesarem. Nulla (inquit) de virtutibus tuis plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est, Nihil perfectio laudabilius, nihil magno et claro viro dignius placabilitate atque clementia. Nihil denique gratius esse potest eo principi, quam tale se ciuibus exhibeat quales sibi deos esse vellet. Clementia regis (ut ait Solomō) quasi liber ferotinus est. Clementia facit ut princeps animi ciuitatis, ciuitas corpus principis esse dicatur. Clementia facit ut tu clementissime princeps certati a meritis ab omnibus, ut te sit incolumi una mens omnibus. Clementiae tuae ac ciuilitatis multa et magna documenta praebuisti. Clementia ita te gratum ac fauorabile insubribus reddit, sicut olim Augustum Romanis effecit. Tu natura beniuolentissimus, tu indulgentissimus, tu denique optimus clementiam amplecteris, quae bonis principibus iuncta est. Crudelitatem detestaris, quam sanguinarij tyranni per voluptatem ferunt. Age verum quod munificus, quod liberalis erga omnes hominum genus existis. Quanta beneficentia, quanta benignitate foues professores artium, et ingenia literatorum. Nihil est me Hercules in principe amabilius ipsa liberalitate, sicut nullum vitium tetrius auaritia. A liberali principe cuncta bona sperantur, ab avaro cuncta mala timeantur. Munificus princeps charus est omnibus. Sordidus, et deparsus inuisus est omnibus, in omnes malus, in se pessimus. At tu liberalissime princeps et rei et famae bene consulis tua munificentia. Lucraris enim gloriam cum des pecuniam, et dando pecuniam tibi ipse ditas, cum id proprium principum esse dicatur, quod dono dederunt. iuxta illum Rabirij poetae versiculum.      Hoc habeo quodcumque dedi. Optimi principis est nihil magis suum credere quam id quod amicis condonauit. Haec sunt certae diuitiae extra fortunam collocatae, hi sunt thesauri quibus Cyrus ille clarissimus gloriabatur. Nam ut apud Xenophontem scriptum est, Thesauros sibi, custodesque fidissimos parabat amicos, quos diuites efficiebat. Idem regis oculi, regis aures dicebantur, qui

cuncta q̄ videbant, cuncta q̄ audiebāt, quæ futura essent Cicerō conducibilia, referebant. Multę sunt aures, multi sunt oculi p̄cipis munifici, qui quot amicos sibi liberalitate cōparauit, totidem aurib⁹ q̄ audiēda sūt audit, totidem oculis q̄ vidēda sunt videt, vt docet verissīe Diony. Tu quoq; Cyro simillim⁹ bñficētia mltas aures & mltos oculos tibi cōparasti, & quotidie nouos cōparas. Tu amicos ditas, clientibus opitularis. Tu decus & p̄sidiū es eruditōrū. ad te tāq; ad anchorā hac tēpestate literati decurrunt. Et p̄fecto nihil melius agere possūt optimi p̄cipes, q̄ subleuare doctos fouere eruditos, quorū scriptis imortales efficiūt. Quis enī nosset Cæsare, imo Cæsares q̄ plurimos, nisi Suetonius Tranquill⁹ extitisset? Quis Alexandrū Macedonē fuisse sciret, nisi Qu. Curtius & Plutarch⁹ illi⁹ gesta scribēdo posteris lectitanda reliquisset? Quis Scipionē imo vero Scipiones? Quis Cn. Pōpeiū tribus fulgētē triumphis hac tēpestate cognosceret, nisi Tit⁹ Liuius & M. Tullius eorū cōmendatores laudatoresq; fuisset? Deniq; Romanos, Græcos, & exīnos oīs, nōne tenebrę occupassēt, & sit⁹ obduxisset, nisi illos luculētī scriptores in litetas retulisset? Bñ igit facis optime princeps, qui literatos amas, qui eruditis suffragaris, q̄ tibi cumulatissimā grām referre queunt, de te scribētes, & tua præclara facinora celebrātes. Illd vero in te laudabile est, q̄ inter tot curas, negotia, tot domesticas & externas rerū maximarū occupatiōes audire vis quotidie quippiā historicū ac mēoriale. Et sicut. Cn. Pōpeius & Cæsar Augustus inter bellicos tumultus nō intermisisse dicunt cōsuetudinē declamādī, ita tu inter mltiplices curas nō intermittis studia literarū, cū negotijs otii diuidis, & historicis lectitādis succisiuas horas ipēdis, in quorū lectione tanq̄ i diuersario sua uisio conquiescis. ita nullo t̄pe desidīa te dedis, aut inertīæ, neq; vnq; marcore torpescis. Et certe vita bonorū p̄cipū, qualis es tu, celesti naturæ q̄ simillima esse credi. Vt enim indefessa vertigo cœlū rotat, vt & luna stare loco nescit, ita tu continuatis negotiis sēper irrequiet⁹ es, & sēper exercit⁹. Sēper habes qd tractes qd agas, qd mediteris. Et cū sit turpissimū viro primario, cuius tutelę populi cōmissi sūt, solidā dormire noctem, vt ab Homero elegantissīe traditum est, Tu vigilantissimus es, sōnq; parcissim⁹. Quālis Vticēsis Cato, qualis Brutus fuisse memorant. Vigilas tu de nocte, & ceteris dormientib⁹ ea q̄ ad statū publicū p̄tinet, tūc optime puides, & solertissime penitas. Vigilia & lucubatio p̄cipes decēt rempublicam gubernantes. Nam somnus multus vt tradit Plato diuinus, nec corporibus nec animis neq; rebus cūbus gerē-

## Philippi Beroaldi.

dis natura cōducit, & haud dubie nemo dū dormit alicui<sup>9</sup> p̄ci<sup>9</sup> ē,  
non magis q̄ si non viueret, & (vt cecinit optime Sylius)  
Turpe duci totam somno consumere noctem.

Inde parcus & brevis somnus in Traiano laudat<sup>r</sup> a Plinio. Sūt  
hec magna & admirāda in ceteris principibus. Inte verò illustris-  
sime princeps, si ceteris virtutibus tuis cōparent<sup>r</sup>, erūt mediocria.  
Laudam<sup>9</sup> oēs tuā in colloquijs affabilitatē, & i oib<sup>9</sup> admittēdis fa-  
cilitatē, i negotijs cōponēdis dexteritatē, & illā q̄ i primis polles  
genuinā peculiarēq; faciūdiā, q̄ oīa principes tutoresq; publici sta-  
tus a ciuib<sup>9</sup> amari faciunt vltra priuatas necessitudines. Laudat  
Cicero Pōpeiū, q̄ ad eū faciles aditus esset etiā priuatorū. Tu ve-  
rò quibus p̄conijs laudari mereris mitissime princeps, q̄ oib<sup>9</sup> etiā  
humillimis tam faciles adit<sup>9</sup> esse vis, vt qui dignitate principibus  
excellis, facilitate infimis p̄ esse videaris. Et cū feliciū pedissequa  
superbia esse dicatur, tibi mansuetudo, tibi humanitas, tibi leni-  
tas ancillari videntur. Neq; te Moses ap̄d hebraeos, neq; te Titus  
ap̄d Romanos comitate vincunt ac māsuetudine. Tu cūctos comi-  
ter excipis. Tu bonitate quadā genuina oēs tibi deuotissimos red-  
dis ac obnoxios. In sūma agis principē ciuile & bonū. quod plausi-  
bile, quod amabile, quod fauorabile est. Nihil est em̄ (vt iquit Ci-  
cero) tam populare, q̄ bonitas, nullus mur<sup>9</sup> firmior, nulla arx va-  
lidior esse potest ad principes custodiēdos, q̄ suorū ciuū beniuolē-  
tia. hęc aut conciliat māsuetudine ac bonitate. Detestāda ē p̄se-  
cto Dionysij tyrāni sūa illa tyrānica, adamātina vincula esse me-  
tū, violētia, classē, & dena milia armatorū. imo beniuolētia, mās-  
uetudo, gratia, affabilitas (vt Plutarch<sup>9</sup> ait) vincula sūt adamāti-  
na, quib<sup>9</sup> principē oēs esse septū atq; stipatū. Et cū bonus princeps  
amari malit q̄ timeri, tu p̄ virili pte contēdis ac eniteris, vt ami-  
ciq; sis iucūdus, ciuib<sup>9</sup> char<sup>9</sup>, ap̄d oēs graciosus & amabilis. Neq;  
tū (q̄d plerūq; fieri solet) ista tua inmodica ciuilitas te cōtēptibile  
facit imo tāta auctoritate polles, tāta existimatiōe decoraris, vt  
mīta pte, nihil sū te in tota gerat Italia. Longū esset ac p̄p̄eifini-  
tū, si singula, q̄ i te fulgēt ornāmēta virtutū, minutatim singillatimq;  
recēdere vellem<sup>9</sup>. Magna iter te & reliquos p̄cipes differentia ē.  
In illis virtutes si q̄ sūt, enormib<sup>9</sup> subide vitijs obruunt<sup>r</sup> ac decolo-  
rant<sup>r</sup>. Tu verò quēadmodū for cund<sup>9</sup> es virtutū, ita p̄cus es vitiorū.  
Non tu luxu ac intēperatiōe defluis, nō iracūdia agitaris, nō cupi-  
ditatib<sup>9</sup> distraheris, nō affectionibus ancillar<sup>9</sup>, quib<sup>9</sup> rebus ob-  
noxij ac mācipati p̄cipes esse consueuerūt, p̄pterea q̄ in licētia  
magna peccandi cōstituti, seipsos cohibere nō possūt, & ip̄erosi

finas appetitiones coercere. Vnde olim a scurra nescio quo bñ di  
 ctū est bonos principes in annulo posse perscribi atq; depingi. Et  
 Diocletianū dictitare solitū accepimus, nihil esse difficili⁹, q̃ bene  
 imperare. Boni principes a Ioue imperiū habere dicuntur, ma-  
 li vero minime. Principes boni in beniuolētia Iouis sunt, mali ve-  
 ro nequaq̃, & hæc est Homerica sentētia, Cui Diō Prusienſis asti-  
 pulatur. Itaq; cū tu Ludouice Sphortia inter bonos principes sis  
 optimus, inter optimos clarissimus, merito te à deo vltamūda-  
 no datum esse credimus, & tibi versiculū illum optime conuenire  
 existimamus.

Solus habes laudum quicquid possedimus omnes.

Ea ite abūdāt bonitatis & virtutis exēpla, q̃ sequi cupiat ven-  
 tura posteritas. Apparēt ite paternæ virtutis, expressa vestigia,  
 patrēi filio recognoscimus, & quēadmodū i iuuenis & equis ge-  
 nitorū virtus subinde conspicitur, ita in Ludouico Sphortia viua  
 paternæ probitatis imago refulget, ita prors⁹ paternas virtutes  
 effingit ac repræsentat, vt patris i filio æquitas, senilis in iuvene  
 prudentia conspiciantur, imo (vt quæ sentio eloquar) filius i mul-  
 tis genitore maior existit.

Ægea sic Theseus, sic Pelea vicit Achilles.

Has tantas principis nostrī virtutes, ex quibus cōpact⁹ ac con-  
 glutinatus esse creditur, ornat & illustrat procera statura, facies  
 luculēta, os probū, frōs verēda, & vultus amabilis, q̃ etsi sunt cor-  
 poris bona nō animi, de quibus tantūmō me dicturū esse pmisi,  
 tamen principi plurimū veneratiōis acquirere, & virtutes i princi-  
 pe gratiores efficere videntur, quoniā (vt inquit Pacatus) virtuti  
 addit forma suffragiū. Et vt cecinit poeta,

Gratior est pulchro veniens in corpore virtus.

Solēt qui Panegyricos scribūt destituti veris prīcipū laudibus  
 vanas laudatiōes cōminisci. Ego vero illustrissime princeps ex tu  
 is q̃ plurimis virtutibus multas cogor pterire, ne in immensum cre-  
 scat oratio. Citius enim mihi verba deessent, q̃ scribendī materia.  
 Citius articuli digitorū scribēdo lassascerēt, q̃ cuncta i te laudabi-  
 lia perscribere possem. Quocirca cōcludā deiceps orationē meā,  
 & epilogo religioso omnipotentissimum rerum omnium condi-  
 torē deū deprecabund⁹ adorabo. Summe & exuperantissime,  
 mūdi opifex, prīcipio antiquior, sine diuturnior, cuius numē ines-  
 fabile est, & maiestas ininominabilis, Te oro ac deprecor, vt Lu-  
 douicū Sphortia prīcīpē optimū ac irreprensibilē, diutissime fo-  
 ueas actuearis, vt ei ānos Nestoreos largiaris vt ei⁹ votis ānuas

## Philippi Beroaldi.

vt eū beneficijs tuis cumules, ornes, illustres. Tu vero optie princeps perge quo cœpisti, nitere semp ad optia. Esto tibi ipse arche typō & exāplar, te ipsum imitare, ita ciues tuos ex malis bonos, ex bonis optimos efficies. Nā vita principū cēsura est, & qualis princeps, talis reliqui ciues esse solēt, qui ad illi<sup>9</sup> exēplū cōponuntur. Ita apud mortales immortalē tibi famā cōparabis, & post obitū in cœlo inter beatorū domicilia locū fortieris. Vbi beatissimus æuo sempiterno perfruaris.

Ad eundem eiūdē Epigrāma.

Hesperios inter ductores inclyte princeps,

Principe quo status hic sospite, sospes erit,

Imperij culmen rerum tutela, salusq;

Eximia proauos qui probitate refers,

Suscipe pacata deuotum fronte clientem.

Mancipiūq; recēs, seruitiumq; foue.

Sunt tibi complures ex omni parte disertī.

Est tibi pierius turba verenda chorus.

Inter quos cupio numerari maxime princeps.

Inter quos vnum da mihi quæso locum.

Non erimus certe indecores, nec rustica nostra est

Cailiope, & nobis dexter Apollo fauet.

Accipe synceri munuscula parua Philippi.

Inspice si quid inest quod placuisse queat.

Post lites & post decisa negotia rerum,

Post bene formatum compositumq; statum,

Tunc liber vacuusq; meum percurrere libellum,

Atq; hilari nugas perlege fronte meas.

Sesquihoram scriptis nostris impende, Sed hora

Sufficit. hoc nimium est, subtrahe dimidium.

Vix legere incipies succincti scripta libelli,

Pagina principium prima, modumq; dabit.

Iamq; vale, viuasq; diu mitissime princeps.

Et superes phrygios, Nestereosq; dies.

Dij tibi dent quodcunq; cupis, quodcunq; mereris.

Dij mihi dent, cupias vt meminisse mei.

Ad magnificū & ornatissimū virū Bartholemeū Chalcum

Ducalē Secretariū Philippi Beroaldi Bononieñ. Epistola.



Pusculū de nuptijs Bētiulorū, qđ nup excudi, tibi vir pītā  
tissime dicare constitui, quē nō solū studiō, sed etiam stu  
diosorū amātissimū cognoui, qui me istic ociantem summa

Sesqui  
horā.  
horā cū  
dimidia  
ta.

tibi beniuolētia copulari, ad quē tanq̃ anchorā literati decurrūt, & quia (vt est in veteri puerbio) Docti doctos amant, tu eruditus eruditos foues, & de literatis literatus optie mereris. Te ob singulares tuas virtutes illustrissimi principes tui auriculariū a secretis, & oim archanorū p̃cipē esse voluerūt. Te ordini scribarū ornatissimo p̃fecerūt, tu archigrāmate nūcuparis. Accipe igit̃ vir clarissime eo vultu libellū nuptialem quo nuptiales voluptates spectare solem⁹. & si scio quosdā obrectatores caperata frōte hāc esse lecturos, quibus nihil placet nisi triuiale. quib⁹ ita respōdere iure optio possū. Significatissimis vocabulis cūcta p virili parte enarrare contendim⁹, & verba reb⁹ accōmodare, q̃ rerū causa inuenta fuerūt, q̃ si vobis subobscura vident, nō est hāc mea sed ṽra culpa, qui nihil vnq̃ luculentū nihil nisi p̃tritū lectionis, qui duobus tribusue ad sūmū libellis contenti reliquos scriptores non attingitis, & nihil latinū esse creditis nisi qđ in ṽris vulgatissimis voluminib⁹ didicistis. At nos latine scribim⁹, & verba ex latinissimis scriptorib⁹ sūpta depromim⁹. Nolite edētuli inuidere dētatis, nolite oculatos talpæ cōtēnere. q̃ cæc⁹ lucē nō videt, nō est vitiū solis s̃ oculorū, q̃ vos scripta ñra nō itelligitis & ob ip̃s culpatis, nō ē scriptoris vitiū sed lectoris. Neq; nos Tarentinis & Consentinis scribim⁹ (vt ait Lucill⁹) sed eruditis, quorū iudicio cōtent⁹ qđ de me īperitorū rumusculi iactitent floccipendo. Et vt īquit epigrāmaticus poeta, Me raris iuuat aurib⁹ placere, me scriptio nō triuialis sed erudita delectat, q̃ neq; p̃ p̃iosos, neq; p̃ longos verborū ābitus sed verbis significantib⁹ & p̃prijs cūcta exprimat ac effingat. Hęc obiter dicta sint aduers⁹ vitupatores q̃ obrectatione alienę scientię sibi famā aucupāt. Tu verō vir p̃stantissie cū facultas tibi dabitur paulū respirādi ab occupationibus, quib⁹ iugiter distineris, libellū a Philippo tuo cōcinatū ī manū sumito, & vbi sūperis plegito, & vbi perlegeris iudicato vtrū in publicum p̃dire mereatur, an pot⁹ (quod timeo) sit futur⁹ pabulum tinearum. Vale deus meum, & me qui tibi mancipatus sum, mutuo dilige,

Quot celebrata fuit genialis pompa diebus,

Per totidem scripta est hāc mihi pompa dies.

Philippi Beroaldi Bononienis nuptiæ Bentiolorum.

**Q**uēte Bentiolorū multos iā annos Bononiæ florentissimā, honoratissimāq; fuisse adeo notū est, vt res p̃batio ne nō egeat, ī qua m̃ta insignes clariq; hoies extiterūt, quorum m̃ta egregia merita ī rēpublicā Bononienē quotidie cōmemorant, sed oim clarissimus ætatis nostrę vir extat

## Philippi Beroaldi.

Ioannes Bentiuolus, familię illustrator, patrię splendor, ciuicolumē, domi forisq; fauorabilis, cunctis Italię principib<sup>9</sup> aut amicitia/aut affinitate copulatus, in quo deniq; oia sunt q̄ aut fortuna hoib<sup>9</sup>/aut natura largiuntur. Is nuptias filij primogeniti Hannibalis celebraturus, vt essent oim nuptiarum magnificentissimę, eas p̄ æstiuum tēpus vtpote cōmodius conficere decreuerat. Sed Hercules Estensis Ferrarię dux illustrissim<sup>9</sup> cum filiā Lucretiam Hannibali desponsatā iā nubilē ac viro maturā esse videret, cūq; peregrinationē religiosissimā extra Italiā pararet, vt nuptiæ maturarentur instabat, & omnem procrastinationē detrimentosam esse asseuerabat. Quamobrē princeps Bentiuolus cōsiliū mutat, & ex cōsocerī sentētia nuptialē festiuitatē diebus brumalibus parat, quīs non pauca dehortarentur, & in primis festinatio magis apparatibus sēper infensa. Verum mltā q̄ ipedita natura sunt cōsilio expediunt, & summę virtuti summęq; fortunę nihil factu difficile est. Igitur indicto per p̄conem publicitus die nuptiarum quidies erat futurus ad quintum calen. Februarij, ea Bentiuol<sup>9</sup> intra bimestre spatium factitauit, quę princeps ali<sup>9</sup> annuo tēpore facere nequiuisset. Quę oia speciatim/generatimq; explicare p̄ virili parte conabimur. Primū oim forū qđ añ Bētiulorum ædes erat pergangustum, vt laxius fieret, proximas domos a possessoribus emit/emptasq; demolitur, idq; spatijs tēporum iniquis exclusus cum silice sternere nō posset asseribus contabulat. Iubet & operi mētum lanęum p̄ sardinatores concinari ad forum cōtegēdum vt sub eo nuptialis luxus spectatores salubrius/ociosiusq; cōtemplarent. Idē domum q̄ alioquī pulcherrima est, & cū laudatissimis totius Italię domib<sup>9</sup> certat, manifice exornat, parietes oēs intrinsecus inducto tectorio nouo leuigantur, colūnæq; in peristylo striatę sunt marmoreis simillimę efficiunt, fenestrę mutuli supliminariaq; ostiorum tota inaurant. Quę ip̄fecta sunt absoluunt, squallentia reconcinnant, vbicq; pictor/vbicq; materiari<sup>9</sup>/vbicq; architectus conspiciuntur. Feruet p̄ totas Bētiulorū ædes apparat<sup>9</sup> nuptialis, conclauiā oia atq; cubilia tapetibus stragulaq; veste consternunt, ornat & lect<sup>9</sup> genialis in thalamo sponi magnificentissime. Dij boni qualis ille, q̄q; p̄clarus apparat<sup>9</sup> quo exornatum ē cubiculum principi Ferrariēsi destinatū. Hęc canopea aurea loricę regales, cochiliata peristromata visentiū oculos pascebant gratissimo spectaculo. Ipsum verō Triclinium i quo fieri debebat nuptiale conuiuiū, reliqua atecellit ornāmēta, hic totipietes beluatip̄petasmatib<sup>9</sup> vestiunt, supra peripetasinata coronamen

Inducto.

ca mira artificio cōcīnata disponuntur, ī quibus insignia Italico-  
rum principum summo cum decore inclusa videbātur. In eodem  
coenaculo tabulatū sit paulū accliuē tapetibus stratis opertū, vbi  
p̄cīpes proceresq; illustriores vna cū spōsa discūberēt. Erigitur  
& abacus in quo vasa aurea & argētea varij generis p̄ciosissima  
exponuntur, hic p̄toria gēmata, hic lāces ex argēto quinquage-  
nariæ, hic elcariā ex auro cum emblematis faberrime cēlata, hic  
quicquid vasculariorū ac cēlatorū p̄batissimorū arte p̄fectum est,  
esse diceres, adeo vt Mētoris manu cūcta fabrefacta viderentur.  
Huic abaco app̄positi erāt custodes duo ad hominū effigiē formati  
alter claua, alter falcato ense propinquātibus minitabātur, hūc  
machærophorū, illū corynephorū nō indocte nuncupaueris. Ful-  
gore hui⁹ Abaci reliquus p̄stringebatur ornatus, quē ornamentī  
causa magis q̄ vsu effecerant, nāq; in alia domus parte alter erat  
Abacus cōcinnatus, ī quo cōiuiualia vasa innumera erāt collocata,  
quorum vsus erat futurus ad coepulones accipīēdos. Dū hęc in-  
tra ædes strenue properantur, forinsecus non minora efficiuntur,  
nā a domo principis Bētioli ad portā vsq; Galerīā quā vocant, q̄  
illac vētura erat spōsa, multiplici ornāmētorū genere cūcta con-  
decorātur. Domus senio collabētes reficiūtur, parietes ad libellā  
reformātur, colūne lapideæ ad perpēdiculū erigūtur, ciues ipsi p̄  
eum vicum certati ornāmēta parare, sub dio sub porticibus p̄ in-  
tercolumnia coronas ex hær̄bis virētibus cōsertas suspēdere, ve-  
stibula ædiū myrtho, lauro, hederāq; vestire. Multa topiarij ope-  
ris egregia coronāmēta cōficere, in quibus insignia Bentiuolorū  
inclusa cum venustate visēbantur. Diceres ostiatim celebrari nu-  
ptialem festiuitatē. Deniq; in hac ciuitatis regiōe nō brumalis ri-  
gor, sed verna temperies videri, hic buxus, hic iuniperus vire-  
re, hic multijuga species hær̄bescētis viriditatis. Totū liter florulē  
tum ad viridarij cōstiti specimē gratiā viroris recētissimi p̄ se fe-  
rebat, vt non solum peregrini, sed etiā nostrates admirarentur  
cōtēplantes tantam alieno tēpore copiā viridiorū. Præterea Bē-  
tiuolus machinatores optimos & topiarios artifices p̄batissimos  
acciri iubet, qui solertia quadā genuina miro artificio p̄diti noui  
generis ornāmēta excogitarūt, ex quibus vnus nomine Zephy-  
ranus, qui nō minus facetus est scurra q̄ artifex ingeniosus, septem  
portas ligneas affabre confecit, q̄ picturatę & fruticibus hær̄bisq;  
viridantib⁹ decoratæ exornabāt viā nuptialē interuallis p̄pe pa-  
ribus iter se distātes ad imaginē portarū vrbicarum, nisi q̄ catara-  
ctas non habebāt. Sed illa q̄ ædibus Bētiolis erat proxima reli-

## Philippi Beroaldi

quas decore vincebat, in qua simulacrū Herculis cū leone cōgre-  
 diētis vīsebatur aspectu truci formidādi. Vīsebatur & eregiōe al-  
 tera Herculis effigies repullecētis hydræ capita amputātis. Cæ-  
 terū cū nihil ī omni vita pulchri<sup>9</sup> sit ordie, sine quo nec militarem  
 disciplinā īperatores valēt explicare, nec gubernatores regere  
 nauigia, Bētiūolus vt oīa sint dispositissima procurat. Nā homi-  
 nes idoneos deligit inter quos dispertita sint officia nuptialia, ne  
 quid tumultuosæ perturbatiōis oriatur, hunc lectisterniatorē esse  
 iubet, illū obsonatorē, hūc p̄fectum popinaz, illū bellariorē, ali<sup>9</sup>  
 promus, aliū cōdus designatur, est qui procurator peni cōstitua-  
 tur, est q cellæ vinariæ p̄ficiatur, ita vnusq; curādo qd suū ē, alie-  
 na nō turbat. In primis iuuenes numero sex & viginti ex nobiliori-  
 bus ditioribusq; nostræ ciuitatis deligunt, qui sint Architriclīni si-  
 ue Archiposias dicere malis, quos vulgus Sescalcos appellat. Vtē  
 dum est ei popularibus verbis ad rē popularē declarandā. Ex his  
 singuli senos ministros eligere iubētur, quorū opera naua & stre-  
 nua ī cōiuijs nuptialib<sup>9</sup> vtantur. Ex hoc Architriclīnōrū ordine  
 nullus fuit qui non īpendia prope regalia fecerit, & immēsas pe-  
 cuniarū summas pfuderit, dū se quisq; suosq; ministros nuptiali-  
 bus vestimētis exornat. Designantur & sex ali j architriclīni maio-  
 res qui dicuntur oēs fere ex ordine senatorio. Præterea adolescē-  
 tuli octo luculēti summoq; genere nati euocantur, quib<sup>9</sup> iniūctū  
 est vt sponsam introeuntem a porta domū vsq; deducāt instar sti-  
 pulatorū, quos prisci Laterones nuncuparūt. Et quoniā aduena-  
 rum ad nuptias celebrandas venturorū innumera multitudo ex-  
 pectabat, ordinat Bētiūolus vt oēs honorificētissime, cōmodissi-  
 meq; accipiantur. In domibus ciuiū ornatoribus hospitā magni-  
 ficētissime parātur, & p diuerforij amplitudinē ali j plures, ali j pau-  
 ciores assignātur. Iā cuncta apparatus nuptialis diligētissime cō-  
 parauerat. Iā appetebat cōdictus dies festiuitatis, cum spōs<sup>9</sup> ad  
 cōiugale fœd<sup>9</sup> cum spōsā iēundum Ferrariā proficiscit cōmitatu  
 prope regio decoratus. Ducētī ferme euntem psequuntur, inter  
 quos supra viginti haud dubie nobilissimī, & ipsius spōnsi frater  
 minor natu p̄tonotari<sup>9</sup>. Nos quoq; discipulū officij causa sum<sup>9</sup> p̄-  
 secuti. Oēs magnificētissime accipimur a p̄cipe Ferrariēsi, ibiq;  
 biduum cōmoramur donec celebrētur ex ritu fœdera nuptialia,  
 & ānulo p̄nubo digitū spōsæ spōsus oppigneret, amboq; sacerdo-  
 ti a paranympis offerāt. quib<sup>9</sup> rite peractis domuitionē capeffi-  
 mus, aliquot ex primorib<sup>9</sup> cum p̄tonotario relictis ad sponsam  
 prosequendam. Cum genero socer, aulici interiores nauem con-

Archipo-  
 siæ.

# Oratio in nuptias Bentiuolorum: Fo. XXIX.

scēdunt, noctēq; intēpesta appellūt ad prætoriū Bētiulū qđ vo-  
cant, qđ magnificētissimū, pulcherrimūq; ī agro Bononiēsi prin-  
ceps Bētiul<sup>9</sup> extruxit, distatq; ab vrbe millibus passuū decem.  
Postridie eius diei Bononiā ingrediēti Herculi Estensi obuiam it  
Bētiulus comitante maxīma caterua virorū splēdidissimorū nō  
solum nostratium, sed etiā externorum, qui iam conuenerant ad  
officiū nuptiale. Illuxit demū dies nuptijs destinatus, qui īmbri-  
bus fœdis oēs & pōtissimum Bētiulū dolore cōfecit secum repu-  
tantē, quātos rerum apparatus, quantāq; nuptialē pōpā esset īm-  
ber ille deturbaturus. Oēs deprecabundi deum oīpotentissimum  
orare, vt tantisper pluriā cohiberetur donec introitus sponsæ in  
vrbe pōpaticus perageretur. Verum īnexorabile est fatum, & in-  
uidenti fortunæ repugnare non licuit, nolenti vt ex omni pte bea-  
tas nuptias videremus, & lactissima voluptate permulceremur.  
Iā aderat hora cōdicta, qua obuiā cuncti p̄dire cœperunt sponsę  
venienti ex prætorio Bētiuolo, vbi noctē vnā cōmorata festina-  
bunda puenerat ad villā suburbanā, ibiq; substiterat obuios ad-  
uētātes opperiēs. Oīs ætas, sexus, ordo viā Galerīā agminati cō-  
pleuerāt studio visendi exoptatissimā sponsam, sponsęq; appa-  
ratum. Vix locus quī latus & longus capax erat tātæ multitudinis  
cateruatim cōfluētis. Ciuitas oīs, peregrini omnes, mira densita-  
te cuncta stipauerāt, multi colūnis implexi, non pauci e fenestris  
semiconspicui, pleriq; sub dio inter īmbres prospectabant, tātā  
est mortalibus īfita cupiditas nouitatis. Gliscente in horas plu-  
uiā nullāq; pausam faciētē, Bētiulus hāc sibi curā sumit vt cūcti  
ordine & sine tumultu pōpaliter incedāt. Lōgum esset referre sis-  
gillati quo ordie p̄cipes, oratoresq; p̄cipū īcesserint, summati  
exponā illustriora ac splēdidiora. P̄cipes Italici partī ipsi vene-  
rant, partī vicarios miserāt ad nuptias illustrādas, qui oēs in suis  
quisq; ordinibus collocati ingrediebantur. Inter eundum īspecti-  
one digni potissimum fuere equestres lancearij p̄cipsis Mātuanī  
qui turcae habitu īgrediētes ritu militari lāceas manu reciproca-  
bāt. Tales macedonū hastatos fuisse credideri quos Sarissopho-  
ros appellitabāt. hos vulgus corrupto paulū vocabulo Stradioti-  
cos appellat, cū Stratioticos græcanica dictiōe nūcupare debuisset.  
Hos seq̄bāt Hippotoxotæ, q̄ sūt ex equis sagittarij, iduti prasi-  
nos amict<sup>9</sup>. Architriclīni architriclīnorūq; pedisseq; ordie īcesserūt.  
Vidim<sup>9</sup> hac pōpa nymphas ritu amazonio obequitātes, q̄ subli-  
mata ī equo nō sedebāt, sed stabant. Vidimus Gigantem staturo-  
sam obambulantem, quā ars, gēmula naturæ simillimam veræ ef-

Sarisso-  
phori.  
Stratioti-  
ci.

## Philippi Beroaldi.

tollutarij

Petronij.

figiauit. Vidimus galatorē in lōgurijs passus grādissimos diuari  
cantē. Audiūim⁹ sonitū titinabulorū, crepitū sclopūq; tormento-  
rū bellicorū, quibus cuncta psonabāt. Præterea ibat ordo tibicinū  
tubicinūq; populosus adeo, vt clāgoretubaz, ac stridore lituorū  
cælū reboaret, auresq; audiētū obsurdescerēt. Post lōgū pōpæ  
ordinē incedit nouissimo loco noua nupta sedēs in equo cādidissi-  
mo atq; pulcherrimo, qui ephippijs aureis pfulgēs phalerisq; p-  
ciosis ornatus tolluti gradiebat, quales Prisci tollutarios asturco-  
nes mannosq; vocitarūt. Hunc gradarium equū sponsæ adduxe-  
rant octo illi adolescētulī qui munia obibant stipatorū, qui vestes  
breuiore induti argēto textili cōfectas pimbrelutūq; sponsam  
cōstipabāt, ex quibus aliquot vniones, gēmasq; in calciamentis  
gestare cōspeximus. Cātata sunt carminā spōsa trāseunte partim  
latino, partim vernaculo sermōe cōposita in singulis illis septem  
portis, quas tēporarias ex ligno frondibusq; virentibus a Zephy-  
rāa scurra fabricatas supra docuim⁹, q̄ singulæ sub tutela virtutis  
singulæ erāt cōsecratæ, ex quibus quatuor philosophicas,  
tres theologicas appellāt. Cōstat inter oēs spectatores nihil fieri  
potuisse splēdidū hac pōpa nuptiali, nisi pluuia cōtinens ac iugis  
obstitisset, q̄ effecit vt nemovestes p̄ciosas ostēteret, vt oēs incēde-  
rēt penulari, pileatīq; Rimata est hoc inuidia telū quo nuptias  
disturbaret. Nā p̄dius & pernox imber diē etiā postez ex magna  
parte foedauit, q̄ resipēdimēto fuit quo minus spōsa ex cōstituto  
ædem diui Petronij pōpaliter adiret, quē Bononiēses deū tutela  
rem venerant. Cæterū nō semp habet fortūa longas manus, & i-  
terdum aduersa ratione superatur, nā princeps Bētiul⁹ vt semp  
est præsēntissimo consilio viā inuenit qua itra priuatos parietes  
ostēteret p̄cipibus cunctisq; p̄ceribus magnificētiā apparatus  
nuptialis. Cōgregatis i coenaculo oībus illustriorib⁹, ex thalamo  
geniali spōsa progreditur vētura i coetū p̄cipū augustissimū an-  
tecedētibus ministris architriclinorū numero centū. lxx. qui oēs se-  
ricati formosū exhibuere spectaculū, alij purpureo, alij hyacīthi-  
no, alij prasino colore monstrabiles, quorū erāt calciamenta con-  
silia, vt pote cōsuta ad insignia Bētiulorū. Sed lōge formosissimū  
spectaculū p̄buere ipsi Architriclini togas ex argēto textili tala-  
res induti, exceptis duobus, qui q̄ erāt equestri dignitate decora-  
ti aurea vestimēta gestabāt, hīq; in nouissimo loco, vt pote hono-  
ratiōres agnē clāidebāt. In singulorū māib⁹ scipiones erāt pictu-  
rati, peculiaria ipsius architricliniat⁹ insignia. Ex his cōplures tor-  
quati sūt cōspecti torquibus aureis in summo pectore fulgētibus

Oēs stupere, oēs admirari tantum rerum fulgorē, tantas ipſas quibus regia vectigalia vix ſufficere poſſēt. Idem oibus ornat⁹ idem veſtimenti gen⁹, oēs principatu digni videri, oēs in ceſſu maiestatem quādam prę ſe fere. Et proſecto cultus manificus addit hoībus authoritatem. Subſe q̄bāt reliqui ſex maiores architriclini virgas auratas manu ferentes, quorū tres in veſtimētis aureis pfulgebāt, duo coccinati, Sext⁹ in argētea veſte ſplendescens. Deinde incedit ſponſa in ceſſu matronali, mūdo nuptiali decēter ornata, quā oēs fere noſtrę ciuitatis primarię matronę comitabāt nō ſolū formoſitate cōſpicuę, ſed & veſtimētis radiantib⁹ monilib⁹q; gēmofis cōdecoratę. Et mediūſſidius cult⁹ formā maxiōpere veſtuſtat. Ibi princeps Ferrariēſis natā oſculabundus amplectit⁹, ibi ex ritu Chriſtianorum Celebrāt diuina myſteria, epiſcop⁹q; Vrbinas a pōtifice maxiō deſtinat⁹, diploma pōtificale palā recitat quo nouis maritis cōnubiū fortūatū authoritate qua pollet i terriſ ampliffia denūciat. Iam diēs (vt inquit Plautus) ad vmbilicum erat dimidiatus mortu⁹, iā prandēdi tēpus inſtabat. repente oēs ſe accingere, & ſua quiſq; munia diligenter obire. Læſtēſterniatores mēſas apponere, oēs ex ordie accubare. Princeps vna cū ſpōſa i tribunali celſiores eminere. Optabat princeps Bētiuolus & eſſe & dici cōuiuator abſolutiſſim⁹, cupiebatq; iſtud nuptiale conuiuium ſi fieri poſſet eſſe poſteris exēplum. Itaq; cū ſciret in reb⁹ oīb⁹ domini plurimum pollere pſentiā, & fronte in occipitio (vt veteri adagio teſtatum eſt) eſſe priorē, iſtituit nō ſolum iſtereſſe, ſed etiā pſeſſe pōpę conuiuali. Sigulis mēſis binos architriclinos aſſignat; eosq; bifariā diuidit, vt alteris dāpes integras inferentib⁹ alteri efferāt iam ſemefas, alteriſ ſcādētib⁹ deſcendāt alteri viciffim laborent & quieſcāt. Ex hoc ordie effectū eſt vt pter luxū atq; opulentia eſſet ordinatiſſimū cōpoſitiſſimūq; cōuiuiū. Bētiuolus ipſe diſcuſſare, ſatagere, rebus oibus preſto eſſe, ipſe iubere, oēs iuſſa obediēter exequi. adeo reuerentia reb⁹ obediēdis efficax eſt. Dāt manib⁹ aq odoratiſſę ex aquiminarijs argēteis, q gutturina alienomie guttiq; dicunt. Inferunt ex ſaccaro nucleisq; pineis concinnata cibaria, inferunt & panes dulciarij ſimulq; viuū generoſiſſimū, qd pſci paſſum (vt opinor) Neoterici maluaticum appellāt, cui tāta authoritas ineſt vt ſingulę ex eo potiones tñmō denſ. In Cęſaris dictatoris epulo q̄tuor vini gña appoſita conſtat, idq; p lautiſſio celebrāt, at in hoc innumera exhibita fuerūt, dulce; auſterū, tenue, firmū. Alius cōuiua meracas potiōes hauriebat, ali⁹ dilutas. hūc ſuauiā, illū ſub auſtera delectāt, pocillatores pſto ſūt vt

Paſſum.  
aliud eſt.

## Philippi Beroaldi.

cyatissent epulonib<sup>9</sup> prout singulorū stomach<sup>9</sup> & gustus exposcit. Primis ferculis duobus aut ad summū trib<sup>9</sup> exēpta est fames esurientīū. Reliqua magnificentię causa sunt illata. in quib<sup>9</sup> seruātū est vt altilia in singulis fere missib<sup>9</sup> mensę principū viuētia iporarent. Vidimus porcellos grūniētes, capreolo sp tridiniū cursitātes, hūstrices aculeos subrigētes, vidim<sup>9</sup> patillos quos vocāt, auctulas coquinatoria disciplina in conuiuiū emittētes, q̄ per cōnationem volitantes effugiū q̄ritābant. Vidimus inferti pauones flāmiuomos plumis versicolorib<sup>9</sup> vestitos, oculosq; gēmatīs caudis rotātes. Illati sūt & phasianī cū pēnis, cuniculi, lepūculiq; cū pellib<sup>9</sup>, q̄ oīa oblectamēto fuere prānsoribus. Illata sunt & secundæ mēse bellaria, ex saccharo poma, nucesq; oīs generis tāta arte cōfectę, vt ā veris fructib<sup>9</sup> nō iternoscereñt. Quid testacea scitissimī saporis? quid mellitissimas ex saccharo placētas? Quid tuceta p̄ciosā? quid assarutas? quid condituras exoticas enumerē? Quid tragemata cōnā ex more claudētia? q̄ sermone vernaculo cōfectiōnes nuncupant. Missus ferculorū circiter triginta fūit. Cōuiuē ferme cēteni quinquageni discubuerunt. Structores adhibiti sciētissimī obsoniorum scindēdoꝝ in frustra nō enormia. Quis tant<sup>9</sup> ingenio, quis tanta faciūdia p̄ditus, vt verbis idoneis posset mltiūgū minutatī explicare conuiuiū? Legim<sup>9</sup> in Heliogabali cōuiuijs exhibita fuisse supra. xx. fercula īgentiū epulę. Legim<sup>9</sup> Antonij & Cleopatr, cōenas fuisse lautissimas, quas īmitabiles īpinoiābūt. Legim<sup>9</sup> Luxuriosissimas Vitellij patinas, Veri īpatoris cōuiuiū p̄ciosissimū, luxū Luculi nepotalē, Saliōꝝ dapes, pōtificū cōenas. Legim<sup>9</sup> & illas apud priscos fuisse epulares cōenas, quas Iuleni scriptores mō adiūtales, mō dubias, mō pollucibiles appellāt, quę oīa epulum istud Bētiūolorū nuptiale aut æquat, aut antecedit, in quo oīa in argento puro edulia illata fuerunt. Qđ protractum est ab hora diei. xx. in horā noctis tertiā, & cū de die epulari cōepissēt noctu ē lectis tridinaribus surrexēt, & oēs fere poti distenti oscitantes similimiq; hallucinātib<sup>9</sup>. Ipsius conuiuij magna pars ad funalia lychnosq; penfiles acta. Sub crepusculū vesperti nūcarei ex alba cēra vtpote p̄ciosiore confecti accēdunt, quorū tanta erat vis & copia vt nocturnas tenebras flāmis exuperarēt. Duo p̄terea candelabra ingentis magnitudinis de argētata ex laq̄arib<sup>9</sup> auratis demissa pēdebāt simillima lucernis priscorū quas polymixos vocitarunt. In his lilia & flores artificij mechanicō cōcinnati vīsebantur, qualia ornamenta fuisse legim<sup>9</sup> in candelabris Solomonis. Erat præterea ignis intra candelabra furti in

clusus, qui quasi in radio discurrens hora stata lāpades & cereos īfixos accendit. Oēs mirabūdi īspicere tā nobile cōmētū, laudare tā fallaciōsā machinationē, cōtemplari tā errabūdū igniculū. In cauo aedium īpsōq; vestibulo nocturni luminis īnstrumēta globis piceis referta collucebāt, cūcta q; illuminabāt. Finito cōuiuiο remotisq; mensis pauīmāta verrunt scopis deauratis. Sunt hęc friuola necificior, sed curiositas nihil recusat, & ex friuolis plerūq; grauiora pēsitam<sup>9</sup>. Deidē saltatiōes choreq; matronales exhibēt. Saltauit & Hetrusca puellula exossam saltationē cū oīm qui aderāt admiratiōe. Mox spelūca fictitia īstar natiuæ syluosq; speluncę vna cū mōte ligneo repsit ītra tricliniū, repsit & castelli simula crū vna cū turri, nemine q gestaret apparēte. Intellexim<sup>9</sup> tūc illd epigrāmatici poēte carmē, qd pri<sup>9</sup> subobscurū nobis legētib<sup>9</sup> erat Repserūt scopuli mirādaq; sylua cucurrit. Ex his oībus paulatim nymphę p̄grediunt ad effigiē dearū reformatæ. Credim<sup>9</sup> hoc Paridis esse iudiciū de trib<sup>9</sup> deab<sup>9</sup>, qm Iuno & Venus affuerūt. Sed loco Mineruæ aderat Diana cū Nymphis, quę saltare fabulā cōperūt ī qua nympharū vna tāq; trāsfiga ex castris Dianæ coelibis ī castra Iunonis q cōiugalib<sup>9</sup> viculis p̄sudet trāsmigrauit. Cāticū cēcinerūt pueri symphoniaci voce canora cōcinētes, ad quorū rithmos nymphę corp<sup>9</sup> mouebāt dātes staticulos saltatorios. Magna dēiq; pte noctis trāsacta īter ludos cōiuiales cūcti cubitū facessūt. Postridie eius diei aperit cōlū serenū ac sudū, & sol radiosus exoritur cūcta illustrās. Quocirca destinauit princeps Bētiuol<sup>9</sup> vt spōsa ordiē pōpatico ad tēplū diui Petronij religiosum p̄ficiscatur. id qd pridie facere nequiuerat. Cōueniūt euestigio matronæ oēs, cōgregat oīs ordo nostratiū, p̄sto sunt Architriclini vestium argētearū fulgore cōipicui cū populosa ministrorū familia. Adsūt principes ac p̄ceres oēs ī aula Bētiuola cōgregati. Incipiūtq; bini terniq; p̄cedere gradu lēto ac pōpatico. Ibāt singuli hospites singulis ciuib<sup>9</sup> copulati. hac pōpa nihil pōpabili<sup>9</sup>, hoc spectaculo nihil speciosius excogitari cōtēderim. Via tota fulgebat ordine incedētū lumīoso, qui aut coccinati, aut argētati, aut aurati īcessu videbātur, null<sup>9</sup> sine holoserica veste ī ea pōpa cōspect<sup>9</sup>. Nā Bononiēses etsi semp alias vestitu cultuq; elegātissimo fuere, attamē id tēporis oēs vt nuptias exornarēt vestimēta serica ac bōbycina p̄ficultatib<sup>9</sup> cōfecerāt. Tāta autē fuit pōpæ incedētis multitudo, vt primi iā ī foro viserentur quādo nouissimi ex palatio Bētiuolorū vix dū egrediebant. Res erat nō min<sup>9</sup> memoratu digna q admiratiōe, cōtemplari tot clarissimos p̄ceres, tot illustrissimos prin-

## Philippi Beroaldi.

cipes, tot summates matronas cocco argēto auroq; fulgētes, qui ad deū salutandū simul icedebāt. Quicquid vsq; speciosi est, hic esse videbatur. Aedes, est diui Petronij in foro Bononiensi, amplissima, q̄ et si lateritia est, tamē ppter venustatē atq; symmetriā mar moreis tēplis est æquiparāda. Salutatis ex ritu Christianorū religiosissime numinibus, mysticisq; canticis pactis, eodē quo venerāt ordine ad ēdes Bentiuolas reueniūt, ibi repotia ex more vetustissimo reparant, prādioq; lautissimo p̄cipes p̄ceresq; cū matronis accipiūtur. Post prādiū data sunt oculorū varia oblectamēta, editū est & simulacrū pugne gladiatoriae. Nāq; i foro Bētiuolo, qd asseribus pauimētatū esse docuim⁹, adolescētuli nostrates ad quin, quagita edocti a magistro armorū peritissimo, quales aqud Romanos fuere lanistæ, digladiari inter se cœperūt, & nūc punctim nūc cēsim ictus iſerre, nūc illatos oculis vigilātib⁹ euitare, mō asultibus varijs aduersarios premere, mō p̄ssī retrocedere, deniq; oēs armorū tractādorū nūeros implere. Formosum sane bellicūq; spectaculum, i quo manica ferrea i medio digladiantiū collocata & circū eā atrox certamē inter oēs exortū, dū singuli p virib⁹ corripere cōtēdūt. Victor ludicri certaminis pronuntiatus Nicolaus cognomēto Bazanus, qui primus manicā sustulit. Sub eodē papilione quo forū Bētiolū tegebatur, ludus pilaris celebratus non sine maxīma spectatorū voluptate. Destinati erāt ad pilæ lusionē hinc inde quinquageni iuuenes lacertosi, valētissimiq; alteri amictu prasino cōspicui, alteri hyacinthino. ita em̄ colores appello, quos semicoctū vulgus viridē, cœlestēq; nuncupare consuevit. Alteri fortunam ducem sequuntur. Alteri prudentiā. vtraq; pars suam inuocat suffragatricē. In medio follis pugillatori⁹ vētosa graditate tumescēs locatur, quē calcibus pugnisq; incusantes vtrinq; omnibus viribus, neruisq; contēdūt vltra præsēptos aduersariorū terminos eiaculari. Nō ero in hoc spectaculo describēdo prolixior, cū paucis ante annis id ludicri genus in foro Bononiēsi exhibitū copiosissime explicauerim i epistola ad Franciscū Puteolanū praeceptorē meū scripta. Reliquū āte cōnā tēpus saltationib⁹ & choreis impēsū. Post cōenam ingrediunt⁹ personati scēnico ornatu intra nemus inclusi, qd cōsūtū viretis & arbusculis nihil pene distabat a vero nemore. Cupidinis ludicrum egerūt hoies ferī ac sylvatici, clauā lignēā manu gestātes istar Herculis clauigeri. Cātata sunt carmina argumento discursibusq; reciprocis accommodata. Ex his Venus leonem, cicurem exarmatumq; loro trahebāt. Erat autē homo leonina pelle vestit⁹, tectusq; adeo graphice

Repotia  
intēpesti  
ua.

Venetū  
cœlestē  
dicere po  
tuit.

ac solerter, vt a nesciētibus verus leo credereſ. Exhibitus eſt & in ſaltatione monoceros fictiti⁹. Seqñti die, qd dies erat pridie Calē. Februarij, ſimlacrū pugnæ bellicæ in foro maxio editū eſt, ad qđ ſpectandū anteq̃ iretur, in aula Bētiuola ientaculū regiū dignūq; mēoratu p̃cipib⁹ matroniſq; exhibeſ, quod iter cætera ſpectacula cū primis ānumerari mereſ. Nāq; p̃ dulciarios artifices quos diu domi ob id ipſ⁹ habuerat princeps Bentiuolus, cōcinnata ſunt ex ſaccaro eduliuarij generis, quæ itra triclinium ex ordine illata cūctorū oculos ad talē inſpectionē cōuerteit. Præcedebat curſus Cupidinis triūphalis adamuſſi confect⁹, quē quatuor ex miniſtris baiulabant, ſubſequebātur ſimulacra oppidorum, imāgines elephātorū, effigies volucrū, ſpectabātur & naues cū armāmētis inſignia p̃ncipū, & id genus q̃ plurima, q̃ nēo à veris internoſcere poſſet, adeo ingenioſa ē natura mortaliū ad cūcta q̃ velit imitāda. Oīa hæc iportata fuere magis viſui q̃ eſui accōmodata, magis oculos ſatiatura q̃ ſtomachū. Singula ſingulis dono data p̃ncipibus. Eſculēta verō bellaria atq; tragemata oīs generis p̃ ientaculo inferunt, quorū magna pars in vulg⁹ pro miſſilib⁹ ſparſa. Cū oēs lautiffie ientaffēt, itū eſt agminatim ad haſticos ludos cōtemplandos, quos ſponſa cū oīcomitatu matronali p̃ſpectauit ē ſpeculatorio, qđ decentiſſimum in palatio ſenatorio ob id ipſū fieri iuſſerat Mimus Roſcius id tēporis dictator, homo oīm nobiliū doctiſſimus, oīm doctorum nobiliſſim⁹. Iam tot⁹ populus ac peregrini paſſim procurrentes forum cōpleuerant, & cuneos inſtar cūneorū theatralium ē ligno fabricatos facti conſtipauerāt. Multi cum periculo ſalutis culmina tectorū, quibus forum cigitur, cōſcēderant ex imbricibus teguliſq; ſpeculaturi. Tres equitū turmæ totidemq; turmarum ductores apparatu magnifico ſpectabiles forū ingrediūt. Ordo agminis turmatim euntis talis fuit. Prim⁹ Hānibal Bētiuolus equo intehitur, quem antecēdūt equi bellatores eximiæ magnitudinis aureis tegumētis velati. Circūſtant ſtipatores candidati tanq̃ petitores magiſtratuū Romanorū. Turmales regali cultu p̃cedūt, ipſe armat⁹ fulget in equo. Arma radiātia aureo paludamento cōtegunt, pōpa proriſus regalis opulentię. Ex altera fori parte irrupit Franciſcus princeps Mantuan⁹, qui in cōparabili magnificētia omnium oculos in ſe ac ſuos conuertit. Præibant lancearij habitu turcarum, de quib⁹ ante dictū eſt. Lācēarios ſequebātur bipotoxatæ cum ſcorpionib⁹. Equi duodecim ſine ſeſſoribus ingenti corporatura deducuntur operiti velamentis, quæ auro erant purpuraq; diſtincta, quorū fulgor omnes fori

## Philippi Beroaldi.

partes illuminabat. de quib<sup>9</sup> Virgilianū illud dici merito poterat. Bello armantur equi, bellum hæc armenta minantur. Proximi ibāt Doriphori (vt ita appellem<sup>9</sup>) gestatores hastarū bellicarū. Ipsius vero principis cultus inter p̄cipua spectabaf. Nāq; equo vectabaf exuperantiffio vigore, & iustata magnitudine, & vectabatur paludatus aureo paludamento, ornatuq; haud dispari suos exornauerat bellatores. Præcurrebāt spiculatores induti vestimēta p̄ciosa, vtpote dimidiata ex auro, dimidiata ex serico cōtexta. Nouiffio loco itrocessit Guilbert<sup>9</sup> Carpinas p̄cipis Bētiuoli gener, & ip̄e visendo decore cōspiciuus, ornamētis equorū, eq̄tūq; p̄fulgētib<sup>9</sup>. Venerūt, & alij p̄ facultatibus ornati, sed super oēs Mātuan<sup>9</sup> regulus existimat<sup>9</sup> est illd̄ decorasse spectaculū, cui<sup>9</sup> manica paludamenti carbūculis, hyacithis, saphyris, & id genus gēmis p̄ciosissimis onusta p̄stringebat acies oculorū. Ordo hastici certamīs erat talis. Duo cataphracti eregiōe collocāt, qui ī equo ī mobilis edentes exciperent ictus icursantiū, q̄b<sup>9</sup> post horæ spatiū totidē recentes succedere debebāt. Hæc bellicæ pugnae imago ex militari Romanorū disciplina mihi trāslata videt̄, ap̄d quos Tyrones exercebant ad palū, q̄ istar bellatoris īmobilis excipiebat ict<sup>9</sup> cōgredientiū. Pugnatū ē horis āplius trib<sup>9</sup> cōtinenter, cōplures hastæ, & ā bellatorib<sup>9</sup> p̄currētibus, & ā statarijs fractæ, cōplures ict<sup>9</sup> armisoni vltro, citroq; & illati & accepti foro clangentib<sup>9</sup> tubis reboāte, spectatorib<sup>9</sup>q; plausu & vociferatiōe fauētibus. Multorū eo die viriliter dimicātiū virt<sup>9</sup> spectata ē, sed in primis Hānibalīs Bentiuoli, q̄ ān annos gerens robur aīnūq; virilē specimē āplissimū futuræ virtutis ostēdit, q̄ ī publico atq; puerilī corpore veniens gratior fauorabiliorq; esse cūfueuit. Gaspar Roberti sanctoseuerinatis filius paternæ virtutis æmulator funct<sup>9</sup> ē officio acerrimi bellatoris, sed inter oēs excelluit princeps Mātuan<sup>9</sup>, quē p<sup>9</sup> certamē iudices publico p̄conio victorē p̄nūciauerūt, brauiorq; qd̄ erat argētū donauerūt. Trāfacto ludicro cuncti lēticia delibuti / cū oculorū desyderia satiaffēt foro facessūt, iā die ī vesp̄ā p̄cipiti / recta ad ædes Bētiuolas p̄gūt, nouū ifreqnsq; spectaculū speculaturi. Nā Florētīn<sup>9</sup> qdā machinator egregius, & mechanicæ artis sciētissim<sup>9</sup>, machinā solertissio artificio fabricauerat, quā Girādolā vulgus appellat, q̄ nostrā lingua orbis flammæ dici potest. Vtar em̄ hoc vocabulo quoad inuenero meli<sup>9</sup>. Erat hæc machina funibus suspēsa sub papilione Bentiuoli fori īgentis magnitudinis ī rotūditatē circūacta, tribus circulis cigebatur medio extremos exuperāte, crescebat ī ventrē labris paulatī se restringētib<sup>9</sup>

cui nihil tā simile est q̄ calathi effigies. Ignis itra machinā furtim incluf⁹ arte mœchanicā alebat p fomites incēdiorum discurrēs, qui bus tota moles erat refertissima, debebatq; hora sub vespērū statā cū crepitu bōbōq; maxio flagrantes radios eiaculari. Machinator p̄dixerat post primā horā nocturnā futurā flāmarū eiacula tionē. Iā sublato tētorio, reductisq; velis audivisse p̄stolabat populus numeros⁹ condictū tēpus cōflagrationis. Iā crepusculum iā ter ebræ densæ, iā hora fatalis aduentat, cū repente tanta vis flā mæ & incēdiorū emicuit cū crepitu eruptionis vehemētissio, vt celum ip̄s flagrare siml & ruere videretur, vt mlti præ pauore corruerit. fuligine, fumo, odoreq; sulphureo cuncta compleri. Radij igniti subinde erūpentes iter spectatores formidolosos volitare, horū facies afflatu fœdare, illorū vestimenta cōburere, fuitq; plenū horroris cū voluptate spectaculū, qd nouissimū iter nuptiales lus⁹ exhibitū haudquaq; displicuit nouitate blandiēte, q̄ sepe fere solet esse gratissima, cū ad noua hoies libētissime veniāt, ad noua cōcurrāt. Exacta est coena saltationib⁹ nō inuenustis & id gen⁹ voluptatib⁹ Calen. Februarijs, cū iā absoluta eēt ex oī pte festiuitas nuptiarū q̄ quatruidū celebratē fuerūt hospites tā principes q̄ priuati suas quisq; domos repetere, & i patriā repedare cœperunt, oēs ibuti hac p̄suasione vt Ioannē Bētiuolū magnificentissime ornatū, se verò honorificētissime accepto arbitrarēt crederētq; reliquos Italiae principes facili⁹ Bētiuolorū nuptias imitatuos q̄ superaturos. Et me Hercules nemo nō vehemēter admirari incredibilem tot reb⁹ pagēdis celeritatē, secū quilibet reputare quātas factur⁹ fuisset princeps Bētiuolus nuptias si annuū tēpus ad ornamenta cōpanda habuisset, cui bimestri spatio p brumales dies tanta cōficere licuisset. Ad nuptias celebrādas hospitum circiter tria milia cōuenisse mēorant, q̄ p hospitia ciuū diuisi pastiq; esculēter cibarijs ex aula Bētiuola affati suppeditatis. Cib⁹ potioq; oibus esuri Musico: entib⁹ ac sitiētibus exhibita. illuce gestosi tanq̄ i asyllū Cereris ac rū noia. Liberi patris cōfluebāt. Tubicinesq; ex oibus Italiae partib⁹ innu meri affueūt, tympanistæ, vtricularij, choraulæ & id gen⁹ ferme oēs organici, musici vndiq; cōuenerūt. Audiuim⁹ petulātias scurrarū, fatuitates morionū, vidimus p̄stigia p̄stigiatorū, nec pumiliores defuerūt. Ex hoc oī numero nemo nō donat⁹ a Bētiuolo p̄cipe discessit. Int mltā apparat⁹ nuptialis ornamēta ornat issim⁹ magnificentissim⁹q; fuit ordo architriclinorū, quorū nemo per tot dies eandem vestē bis induit, eundē cultum iterauit. Quinimo singuli singulis diebus mutatoria subinde induebant. Idem quoq; a

## Philippi Beroaldi

principibus matronisq; factitatum, munera nuptialia certati ab  
oibus collata. Ciues Bononienses publice ac priuatim q̄plurima  
cōtulerūt, Alij maiora alij minora p facultatib⁹. Agricolaē ac rusti  
cani oēs pagetī, oppadatīq; cū donis nuptialib⁹ ad Bētiuolū prici  
pē accesserūt. Principes Italici tā reges q̄ reguli, legatiq; principū ac  
dynastæ p̄ciosissia quisq; munera attulerūt. Sūma accepti haud du  
bie maxia aestimatur, sed summa expēsi nō mediocris. p eosdē di  
es clausæ sunt tabernæ, officinatores feriatī, & lætitiæ cā indictū  
est iustitiū, qđ prisci Romani ī luctu ac piculis īdicere solebāt. Ha  
cten⁹ nuptiale festiuitatē scribēdā esse duxim⁹. Alij minutiora scri  
bāt & leuiora, q̄ nos consulto p̄termisimus p̄bitura plus fastidij q̄  
oblectamēti lectitātibus. Qđ suū est / deos, deasq; oīs rogo & oro  
vt cōnubiū istud velint esse foelicissimū ac fortunatissimū, sicut nu  
ptialis appatus fuit splēdidissim⁹, vtq; nouis maritis annos Ne  
storeos cū Metelli foelicitate largiant. ¶ Eiusdē Endecasyllabō.

Quo tu quo properas recens libelle!

Extra limina cur cupis vagari!

Intra scrinia cur nequis manere!

Cur limam refugis meumq; cœlum!

Cur optas volitare per tabernas!

Vendi plus minus assibus duobus!

Exi, sed video tibi paratos

Ronchos Rhinoreratas & malignos,

Rugoso aut piperi dabis cucullos,

Aut merces olidas salatiorum

Infœlix gremio teges madenti.

Hec in commoda si sapias libelle

Vitabis, yia nam tibi parata est.

In Chalci fugito sinum patroni

Qui iam suppetias feret clienti,

Qui te præsidio suo fouebit,

Qui doctos amat excolit venustat.

Hunc quæras, reuerenter hunc adito,

Huic post legitimam osculationem

Dices protinus. O decus bonorum

Te saluere meus iubet poeta,

Et te viuere Nestoris senectam,

Et te principibus diu placere

Optat, sisq; sui memor precatur.

Iam quo properas recens libelle.



Nter multa viri pſtatiſſimi ac matronæ venuſtiſſimę q̃  
iucūda & vtilia mortalib⁹ cōparata ſunt, iucundiſſimū  
& vtiliſſimū ē maritalē cōiugiū, qđ hoies diſiūctos vici-  
lo arctiſſimo cōiūgit, qđ familias diſſociatas mutua affi-  
nitate cōſociat, qđ neceſſitudines cōciliat, qđ amicitias religioſas  
cōparat, qđ domos nūeroſa ſobole ſecūdat, qđ vrbes legitimis ci-  
uib⁹ replet, qđ deniq; efficit ne gen⁹ hūanū tēporis lōginquitate  
depereat, ſine quo nulla ciuitas, nulla gēs, nec ipſe (vt ita loquar)  
mūdus cōſiſtere pōt. Vnde nō mediocri laude dign⁹ exiſtimādus  
eſt Cecrops ille priſc⁹, qui Diphyes cognomiā⁹ eſſe fertur, hoc ē  
duplicis geminæq; naturę, ppter ea qđ prim⁹ ſceminā mari ſacro-  
ſancto matrimōio copularit. Quo dono nullū donū mai⁹ excogi-  
tari poſſe cōtēderi, qđ nō tā humanū, qđ diuinū, cui⁹ nō tā Cecro-  
pē qđ deū cōditorē credere debem⁹, ſicut & eccleſiaſticū dogma ip̃  
ſcribit. Merito ita q; īgenioſ⁹ ſōs Homerus populōſi cōlibatu vi-  
uentes Abioſ appellat, quaſi vita carētes, & mortaliū vita ſine cō-  
nubio dimidiata a luculētis ſcriptorib⁹ nūcupat⁹, tãq̃ absoluta ac  
perfecta vita ex maris ſceminæq; ſocietate cōficiatur. Et quēad-  
modū laudādi ſunt illi qui ī ordie maritorū numerari cōcupiſcūt,  
ita illi vituperādi qui ī cōlibatu viuere pſeuerāt iugū cōiugale de-  
precantes. Quibus vero p̃conijs quae laudatiōe celebrari merē-  
tur illi veteres Romani, quibus nulli vnq̃ nec ſanctiores nec bōis  
exemplis ditiores extiterūt, qui cōlibes puniebāt, multā tam irro-  
gare ſoliti, ſi quis vxorē ducere renuiſſet. Taleſq; ſubide cēloria no-  
ta afficiebant. Qua quidē re mihi vident⁹ Lycurgi & Platonis, le-  
ges vt pote diuinū cōditas, eſſe imitati, q̃ iubēt eos oīs dedeco-  
re afficiēdos eſſe, pecuniaq; multādōs, qui rei vxoriæ nō fuerint  
opati. Nāq; ex ſcitis Lycurgi arcebāt cōlibes ab iſpectatiōe eludo-  
rū gymnicoſ⁹, & honore illo priuabāt, quo iuuenes pſequi ſenio-  
res cōſueuerūt. Et illd̃ in Dercyllida a iuvene Spartano dictū ne-  
mo nō pbat, qui aſſurgere illi noluit, qđ ip̃atoris nō ip̃robo, neq;  
cedere ſubſellio, verbū illud p̃mēs dignū memoratu. Ideo tibi nō  
aſſurgo, qm̃ neq; tu filiū qui mihi cederet genuiſti. Platonice vero  
legeſ tēp⁹ cōiugale p̃ſcribētes multā dicūt illi, quia. xxx. ætatis  
anno viſq; ad trigēſimū quitū vxore ducēda ſuperſederit. Ariſto-  
teles quoq; cū p̃ceptore Platōe cōgruēs p̃cipit, ī politicis ſceminās  
circiter octauūdecimū ætatis annum nubere. Mares vero circi-  
ter ānū trigēſimū ſextū vxorē ducēdē debere. Hoc ei tēpore vtrūq;  
copulari vigētib⁹ cōrporibus. Caterū inter nationes oīs, Roma-  
e. ij.

Cecrops.

## Philippi Beroaldi

Cerimōie  
nuptiales

Thalasi<sup>9</sup>.

Farreum

viriplaca  
Virginen  
sis.

ni cōiugalia sacra reuerētissime coluerūt, & q̄ plurimis ceremoniis  
onamētisq; honestāda atq; decorāda esse cēsuerūt. Hic illē quicq;  
faces i nuptiis adhibebant, qua sex spina alba cōfectas pueri pa-  
trimi, matrimiq; gestabāt. Quo nūero haud dubie significabatur  
quinq; gemios vno mulieris puerperio p̄gigni posse, vel q̄ p nūe-  
rus qui fœmine<sup>9</sup> ē, & ipar qui mascul<sup>9</sup>, simul copulati p̄generāt.  
Hic aqua & ignis i nuptialib<sup>9</sup> sacris afferebant. Quæ duo elemen-  
ta vitā mortaliū maxime cōtinēt, vt videlicet ostēderent ita virū  
fœmināq; diuictos steriles esse ac ifœcūdos, sicuti sine calore hu-  
mor, sine humore calor nihil gignere possunt. cōiūctos vero vim  
habere generatiōis aptissimā. Hic nubentes colus cōpta, & fusus  
cū stamine comitabāt, q̄ res plane demonstrabat vxorē in domo  
maritali lanificiū exercere debere. Vnde & Thalasi<sup>9</sup> nomē, quod  
lanificiū significare autumāt eruditi, vsurpatur in nuptiis. Quid i  
præsentia memorē quēadmodū nouæ nuptæ domū mariti ingre-  
diētes adipe fuillo, siue (vt Masuri<sup>9</sup> iquit) lupino postes pungebāt  
ex quo vxores denominatæ credūtur! lōgū sane foret si causas re-  
rū omniū nuptialiū singulati recensere vellemus, Quocirca pru-  
dēs p̄teribo cur limē maritale nouæ nuptæ pedib<sup>9</sup> nō tãgebāt, cur  
flāmeo luteo caput obnubebant. Cur cingulo nodo Herculeano  
victō cigebant, qđ mox i cubiculo marit<sup>9</sup> dissoluebat. Illđ p̄tereū  
dā nō ē, farreū nouę nuptę p̄ferri solitū p̄pterea, q̄ nihil religiōsi  
us erat viculo cōfarreatiōis, q̄ solis (vt iquit Boetius) pōtificibus  
cōueniebat. Vnde & matrimonia, farracea a cōmunicatiōe far-  
ris nūcupant. Quāta veneratiōe cōnubia Romani p̄sequerēt, hic  
maxie dignoscit, q̄ cōplures deos nuptialib<sup>9</sup> pagēdis p̄esse volue-  
rūt. Nā deus Iugatiuus nomiat<sup>9</sup> iuocabāt, qñ sponsus sese sponse  
cōiūgebat, iugūq; pariter maritale subibāt. Domiduc<sup>9</sup> adhibeba-  
tur qñ ad mariti domū noua nupta ducebat, cui Cumerū qđ nu-  
ptiale vas est, p̄ferri mos erat. Deā vero Māturnā adorabant, vt  
scilicet cū viro vxor iugiter maneret. Q̄ si rixę iurgiaq; cōiugalia  
aliquādo intercessissent, i sacello deæ Viriplacę reconciliabāt. De-  
amq; virginēsem idcirco venerabant vt virgini zona illa soluereſ  
de qua est illud Catullianum. Q̄ zonā soluit diu ligatā. Quinetiā  
Iunonē cognomēto cinxiā atq; vñxiā, Deū subiugū, Deamq; p̄mā  
atq; partundā aliaq; numia cōpluſcula i cōiugalib<sup>9</sup> sacris adhibu-  
erunt. A deo matrimonium sacrosanctū atq; venerabile apud il-  
los erat, vt id nō sub vno deo tutelari sed sub plurimis tutandum  
custodiendūq; cēsereſ. Præter ea eos qui i maritorū ordie numera-  
bant, honoratiores his qui vitā cœlibem degebant esse voluerūt.

Et olī Quintus Metellus numidicus in censurā populū Romanū hortatus est ad vxores ducēdas causa liberorū creandorū luculēta quadā orōne, quā dein Augustus Cæsar cū & ipse de maritan-  
dis ordinibus ageret, & ad matrimonia capeſſenda quirites hor-  
tare, cōmodiſſie vſurpauit. Et mediūſſidius ſi verū volumus cōfi-  
teri, adiutoriū vxoris viro neceſſariū eſt. Nā quēadmodū vir for-  
tis & ſub dio negocia, cōpara;q; labore ac vigilantia facultates  
q̄ tectis recōdā, ita mulier res paratas cuſtodit, & illa oīa curioſe  
conficit q̄ domi debeāt adminiſtrari. Sic alteri<sup>9</sup> opera à natura cō-  
parata eſt ad exercitacionē forenſē & extraneā, alteri<sup>9</sup> ad dome-  
ſticā diligētīā. Præterea quid dulcius, q̄d iucundi<sup>9</sup> eſſe poteſt pa-  
tri familias intra penates domeſticos ſe recipiēti, q̄ hēre matrem  
familias cui<sup>9</sup> tutelæ cuncta domeſtica negotia credat, cū qua cu-  
ras ptiat, cui cogitationē intimas, cui puos liberos tradat, q̄ mari-  
to iugi exercitacione fatigato ſit requies atq; fomētū? Et cū nihil  
in domo maritali diuiduū cōſpici debeat, in cōmūe ābo cōſpirāt  
cōturbernio dulciſſio pfruentes. Merito igi; vas electionis, tuba  
euāgelij, ſctārū ſcripturārū armariū apoſtol<sup>9</sup> Paulus nuptias vo-  
cat honorabiles, & cubile imaculatum. Merito honorabiles a no-  
bis hodiernæ nuptiæ appellari poſſūt, cū ſpōſus & ſpōſa honora-  
mi cōſpiciāt, cum ābo ſplēdido genere, clariſq; natalib<sup>9</sup> orti ſint.  
Quis em̄ nescit familiā Pirouanorū i hac vrbe eē vetuſtiſſiaz gene-  
roſiſſimāq; vtpote q̄ oli rebus potita eſſe dica, quā non pauci in  
ſtudijs ingenuarū artiū & potiſſimū medicīnē illuſtraueſt. In qua  
nō ſolū literę & diſciplinę liberales, ſed religio & cerimonīæ floru-  
erūt, Cū ex hac iā pridē gēte pdierit vir ſctitate vitæ clar<sup>9</sup>, Diu<sup>9</sup>  
Galdin<sup>9</sup>, cui<sup>9</sup> nomē & ſanctitudo apd Mediolanēſes eſt venera-  
bilis. Verū hac tēpeſtate genus Pirouanorū illuſtra, ornaturq; vi-  
ro ornatīſſio Gabriele. Cui<sup>9</sup> Neogami hoc eſt noui ſpōſi nuptias  
hodierno die nuptiali oratione pſequimur. Eſt em̄ hic mltiugis  
diſciplinis decoratus, aſtologiæ pitīſſimus, philoſophiæ conſul-  
tiſſimus, & in primis medicīnæ ſcientiſſimus, q̄ vel ſingulæ īgenue  
artes quemuis hoīem poſſent illuſtrare. Aſtologia em̄ ab rerum  
terrenarū contemplatu mentes noſtras euocat ad ſpectanda cœ-  
leſtia, ac curſus ſyderū ſtatos pēſitādos, ad ſuperas ſedes noſcitā-  
das. hæc efficit vt hoīes parum a dijs diſtare videā. Philoſophi-  
a q̄ mater artiū appellatur, dux eſt vitæ mortaliū, animorū mor-  
bis medetur, rerū cauſas ſolenter inquirat, & diuinę maietatis ar-  
cana rimatur, quod ſceliciſſimū exiſtimat Mātuan<sup>9</sup> Vates. Medi-  
cina verò qua nulla ars fructuoſior eē ferē, ſalutē deploratis reſti-

Neogamus.

## Philippi Beroaldi

tuit, morbos expellit, afflicta recreat, lāguetia corroborat, & cū morte ipsā iūbīde collocat. Has tātas, tāq; p̄claras nuperi sp̄ōi virtutes exornāt iuauissimī mores, sūma comitas/dexteritas/affabilitas, q̄ res illū haud dubie fecerūt ap̄d Mediolanenses oīs fauorabilē, ap̄d illustrissios principes gratiosū, in sūmā char<sup>9</sup> est/ oībus, inuisus nemini, omniū beniuolentiā genuīna quadā p̄bitate demeretur. Cuius consobrīnum esse non p̄nitet magnificum, accircūspectissimū virū Bartholomæum Chalcū, de cui<sup>9</sup> eximīs dotibus, ac p̄batissimis moribus abunde iudicauerūt illustrissimi principes Mediolanenses, qui eū archigrāmātēū hoc est principē scribarū ex oībus vnū delegerunt, quē oīm arcanorum participē ac consiliariū esse voluerunt. Sed hāc obiter pauca de multis. Ceterū quēadmodū sponsi familia generosa est, ita sponsæ genus illustre, & peruetustum esse creditur. In quo multi i toga, multi in re militari excellētes extiterunt, qui suis ipsi virtutib<sup>9</sup> ap̄d vos cognitissimī sūt, ita vt nostra laudatiōe non egeāt. Ipsa verō sp̄ōsa oībus quācunq; in matronā cadunt dotibus p̄dita/ familiæ est ornamento. Ingenui mores, matronalis venustas fœminā condecorant. Et cū quatuor sint q̄ in sponis quærantur, forma, probitas, nobilitas, dos. hāc formosa, hāc proba, hāc nobilis, hāc dotata est, quī ipsa non illā sibi dotē ducat esse quē dos dicī, sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinē, Deorum metū, parentū amorem, & cognatorū cōcordiam. Qualis dos probatur, & expectitur in primis ab Alcumena Plautina. Deniq; vt semel finīā probata p̄batissimo, modesta modestissimo, laudata laudatissimo nobit. Quorū connubiū sicuti compar est, beneq; conueniens, ita diū faxint sit foelix faustum atq; fortunatum, vt diutissime viuant vītam concordissimā, iucūdisimāq; & vt dulces natos suscipiāt, & ex natis dulcissimos nepotulos aspiciant, quorū lūibus oblectentur, quorum blanditijs refouentur, quorū fortunis ac foelicitatib<sup>9</sup> cōdecorent. Sed iam tēpus est vt formulā a maioribus institutam vsurpem<sup>9</sup>, & vernacula lingua loquentes p̄fatione religiosa sponsum ac sponsam ita interrogemus.

Ad magnificum Minum Roscium Senatorem Bononiensem  
Philippi Beroaldi Bononiensis epistola.



Oannes Bocatius hō i lingua veruacula disertissim<sup>9</sup> cētū fabulosas historias stilo elegātissio cōposuit, ex quib<sup>9</sup> duas nos potissimū excerptim<sup>9</sup> easq; i latinū sermonē nup exercēdi genij causa transtulim<sup>9</sup>. Nā quemadmodū maiores nostri ex grēco in latinum, & ex latino vertere in

græcū optimū esse iudicabāt, id quod in primis. L. Crass<sup>o</sup> & M. Cicerō factitasse tradunt, ita nobis cōducibile vīſū ē ex vernaculo, vulgatoq; sermone aliqd mythicō, hystoricōq; cōuertere ī Romanam linguam, ex qua cōuersione igeniū mediussidius vegetatur, elocutio expolitur, supellex verborū optimorum copiosissima cōparatur. In hac autē interpretatiōe fateor me nō vbiq; verbū e verbo sed sensum expressisse de sensu, quedam p̄termisisse, nonnulla addidisse eātenus, vt decorē ī trāslatiōe p̄ virili pte cōseruarem<sup>us</sup>. Et hoc fecimus secuti Horatii p̄ceptum ita p̄cipenitis in arte poetica. Nec verbū verbo curabis reddere fid<sup>em</sup> Interpreter. qđ etiā faciendum docet diuus Hieronymus scribens de optimo genere interpretandi. Accipe ergo vir p̄stantissime, & in studijs hūanitatis, literisq; nostris politissime opusculū a Philippo tuo concinnatum, alieno effigiatū, de alieno nostrum, qđ legas quæso cū fueris ociosus, cum animum a senatorijs muneribus publicisq; negocijs paulisper recreare decreueris, cū te ī bibliothecam tuā (q̄ te singulari eruditiōe decorauit) recōdideris. Tūc enim animus exuendus est curis grauioribus, demulcēdus literis amœnioribus, & refouend<sup>us</sup> voluptatib<sup>us</sup> hilariorib<sup>us</sup>. Tūc hasce nugas poteris in man<sup>u</sup> sumere poteris inspicere, & tuo polito, limatoq; iudicio p̄ſitare, nunqđ ad flosculos Boccatii in suo genuinoq; sermone p̄nitētes aspirare potuerint nostra isthęc latina interpretamenta. Quę tibi peculiari ter dicaui, p̄pterea qđ veri amoris, veręq; amicitię testimonia sūt locupletissima. Quicquid id est boni consules, & me vti soles ama.

**Q**uo tēpore Octau<sup>i</sup> Cæsar nōdū cognomiāt<sup>us</sup> Augustus in triūuiratu Romanū regebat imperiū, fuit Romę Pu. Qu. Fuluius hō patricius ac nobilis, qui filium nomine Titū Fuluiū iuuenē singulari ingenio p̄ditum Athenas misit, vt philosophię studijs erudiretur, eūq; etiā atq; etiā commēdauit Chremeti viro nobili amico vetustissimo, qui Titū hospitio suscipiēs voluit ī cōtubernio filij Gissippi familiariter educaret, & vtrūq; Aristippo id t̄pis philosopho illustrissimo tradidit erudiendū vt hisdē piter doctrinis ibuerēt, Cū itaq; ambo iuuenes vitā degerēt cōmunē, tāta similitudo morū repēte apparuit, vt summa germanitas, summaq; beniuolētia inter ipsos coaluerit, adeo vt vix morte potuerit dissociari. simul ambo philosophię studijs icūbere, simul ambo ad fastigiū diuini dogmatis ascēdere ambo excellentissimi igenij dotib<sup>us</sup> pes existere. Qui talē vitā duxere circiter triēniū maxia cū voluptate Chremetis. qđ vtrūq; pio amore p̄ſequis nec ī filiū qđ in Titū propensior, cum iā esset senio cōfectus e vita

## Philippi Beroaldi

migravit. Cui<sup>9</sup> obitū tanq̃ cōmunis parentis Titus atq; Gissippus  
peræque defleuerunt, & parī lamētatiōe prosecuti sunt, adeo vt  
nec ipsius Chremetis familiares accognati satis dignoscere pos-  
sent vter eorū iuuenū magis cōsolādu foret. Post aliquot menses  
amici necessarij<sup>q;</sup> Gissippi hominem conueniūt, & ad vxorē du-  
cendā pariter hortant, puellā se reperisse dictitantes ciuem Atti-  
cā incredibili formositate cōspiciuā & generosissima gente pcrea-  
tā, Cui Sophrōiæ nomē erat, id tēporis quītūdecimū agebat æta-  
tis annū. Horū votis Gissipp<sup>9</sup> vtpote iuuenili ardore calefcēs libē-  
ter annuit. Iāq; appetebat tēpus nuptiarū, cū sponsus vna cū Tito  
ad sponsam visendam proficiscitur, iā ambo itra ædes sponsæ pe-  
netrauerāt, iam inter Gissippū Sophroniāq; facetissimi sermones  
ferebant, cū Titus quasi elegans spectator fœminæ formositatis  
adhibet<sup>9</sup> cœpit curiosis oculis cuncta pspicere, & singula Sophro-  
niæ, mēbra callēter pēitare, q̃ cū mirandū in modū tota cōplacu-  
isset, ipse secū illā speciosissimę puellę venustatē, illud decus, illam  
exuperantissimam pulchritudinem subinde memoria repetens  
tanto amoris incēdio cœpit æstare, quanto nullus priscis tēpo-  
ribus amator cōflagrauerat. Cū itaq; domū repedassent, Titus i-  
tra cubiculū solus super Sophronia cogitare, Sophroniā intueri,  
Sophronię nomē idētidē nomīare, tātō magis ardescēs quāto ma-  
gis in ea cogitatione versabatur. Tādē post multiplices curas cre-  
braq; suspiria ita secū lamentari<sup>r</sup> exorsus est. Heu te miserū. heu  
ærum nosam vitā tuā Tite. Vbi anim<sup>9</sup>, vbi amor, vbi spes tuę col-  
locāt? Nōne vides, nōne sentis hāc tibi virginē in ea veneratiōe  
esse habēdā, qua sororē? Hoc exigit munificētia & benignitas i te  
a Chremete collata, hoc exposcit fida, vetusq; amicitia, q̃ tibi  
cū Gissippo est huiusce adolefcētulæ sponso. Quid igit cōcupiscis?  
quo te a fraudulēto cupidine p̃cipitē trahi sinis? quo a spe blandiē-  
te: Reclude aliquādo oculos animi, & teipsum iſoelix recognosce  
obtēpa ratiōi, & cohibe illicibilē appetitū. Moderare cupiditates  
insanas, & aliorum cogitationes tuas cōuertito, principijs obsta  
& vince teipsum dū tēpus adest, dum datur occasio. Istā quod tu  
tantopere affectas, turpe, flagitiosum, id eorum est. Istud quod  
assequi moliris, abstei<sup>r</sup> primis fugiendū, si id quod vera amicitia  
exposcit, & quod teipsum decet intueri velis. Quidnā igitur tibi  
Tite faciendum est? amor is mediussidi<sup>9</sup> illicitus, illaudabilisq;  
relinquend<sup>9</sup>, alioquī inter fidos amicos perfidiosissimus iudicabe-  
re. Dein cum Sophronię reminisceretur, mutato consilio cuncta,  
quę dixerat retexēs, sic secum solus sermocinabatur. Maiores sunt

perfecto, vires legis cupiditē, maiorq; potētia q̄ legū reliquarum. Leges cupidinis frāgūt, dispātq; nō solū leges amicitie, verum qđ maius ē diuicias. Quoties impellēte cupidine pater filiam adamauit, frater sororem, nouerca priuignum; quæ haud dubie sunt maiora portenta q̄ si amicus amici vxorē ardentē amet, id qđ iā sexcētis factitatū. Huc adde q̄ ego sum iuuenis, & iuuetā in primis obnoxia est legibus cupidineis. Qđ igitur amorī placet, mihi quoq; placeat necesse est. Honestā senioribus conueniunt. Ego id velle cogor, quod amor iubet. Formositas huius virgunculæ tāta est vt ab omnibus amari mereatur. Et quis me merito poterit obiurgare, si iuuenili etate calescens tam decoram, tā venustā iuenculā tāq; amabilē adamauero? q̄ a me nō propterea amatur q̄ Gissippo despōsata sit, imo eā amo, libētiusq; amarēsi alteri de nupsisset. In hoc fortūa obiurgari meret, q̄ Sophroniā amico meo Gissippo potius q̄ alteri habēdā tradidit. Q; si puella obicōparabilem formositatem meretur amari, sicut Hercules meretur, debet equiore aīo ferre Gissipp⁹, si rescīuerit eā mihi esse potissimum cordī, nō alteri. Hęc & id genus multa secū Titus ipse volutabat aīo, qui nutabundus in partes varias distrahebāt. Itaq; maximo curarū aestu fluctuās nō solū diē illū, noctēq; q̄ subsecuta ē suspirando cōsumpsit, sed & alias cōpluſculas, adeo vt nec cibū caperet, nec sōno idulgeret, lectulōq; p̄nīmi viriū ibecillitate decumberet. Gissipp⁹ vtpote qui Titū iā pridē viderat sollicitudinib⁹ anxīū & nunc eūdē videbat egrotantē, maxio dolore afficit, omniq; adhibito studio ac diligētia nūq̄ ab ipsius latere discedēs hominē sepissime consolatur, subīde causā exquirēs & curarū, & egrotatiōis. Ceterū Tit⁹ qui respōsiones fallacīosas hactenus cōmentus fuerat ad Gissippū astu decipiendū, tādē suspirās ac lachrymabundus, Gissippe (īquit) si dijs placuisset, mihi erat mors iandudū vitā iucūdior, cogitatī a fortuna me esse deductū, vt mihi virtutis meē piculū faciendū fuerit, quā appetitiōib⁹ dominātibus nō sine maximo meo dedecore succubuisse cognosco. Itaq; p̄stolor mortē, quæ mihi sit futura suauior turpi vitā atq; famosa. Iā ei tibi cūcta denarrabo, iā ex me pudibūdo cūcta cognosces, Cū apud te nihil oculere nihil dissimulare nec possim, nec debeam, nec velim. Et ab initio rerū exorsus detexit scēnā curarū suarū. Et quēadmodū secū acerrime cōtēdisset hīc amor, illinc honestas, hīc dedec⁹, illinc decorū, & tādē animus vndiq; vexatus imperioso amorī succubuisset. Deniq; edisserit quemadmodum Sophroniam efflictim deperiret, asserens se amoris sordidissimi flagitiosissimiq; pœnas morā

## Philippi Beroaldi.

te luere cōstituisse, ad eamq; citissime se peruēturū. Hoc audito  
 Gissipp<sup>9</sup> paulis hēsitabūd<sup>9</sup>, vtpote Sophroniē cupitor, dein secū  
 ipse icūctanter decreuit vitā amici antepōnēdā esse virgunculę, &  
 lachrymis Titi oppido cōmotus ipse quoq; plorabūd<sup>9</sup> sic inquit. Ti  
 te nisi cōsolatiōe indigeres ego te apud teipsum expostularem tā  
 q̄ amicitie nostrę p̄uaricatorē, q̄ tādū tuos acerbissimos affectus  
 mihi ignotos esse voluisti, q̄ tibi istud inhonestū ac indecorū vide  
 batur. Scito inhonestā nō sec<sup>9</sup> q̄ honesta cū amico esse cōmunican  
 da. Nā qui ver<sup>9</sup> amic<sup>9</sup> ē, quātū ex honestis amici reb<sup>9</sup> capit volu  
 ptatis tātū a flagitiosis ac turpibus amici animū abducere conat<sup>9</sup>.  
 Sed ipræsentiariū his posthabitis propiora discutiamus. Situ spō  
 sam meā Sophroniā ardēter amas, nihil equidē admiror / valde  
 admiratur<sup>9</sup> si abs te sec<sup>9</sup> fieret, cognita puellę formositate, & ani  
 mi tui generositate p̄specta, qui tāto ē ad passiōes amoris subeū  
 das accōmodatior, quāto res cōcupita fuerit excellētior & quan  
 to equi<sup>9</sup> Sophroniā amas, tāto iniquius de fortūa cōquereris, dū  
 tibi videtur eā abs te honesti<sup>9</sup> amari potuisse, si alteri potius q̄ mi  
 hi denupsiisset. Verum situ prudēs ac circūspect<sup>9</sup> es, prout esse cō  
 sueuisti, p̄fecto cognoscere debes te plurimū debere fortūę, q̄ So  
 phroniā mihi q̄ alteri fouēdā dare maluerit. Etei quisuis ali<sup>9</sup> mari  
 tus suorū poti<sup>9</sup> q̄ tuorū amorū rationē habēdā esse duxisset. Qd̄ mi  
 nime cadit i meos mores, si me tā tibi, q̄ qui maxie sit, amicū esse  
 credis. Cui<sup>9</sup> rei argumētū v<sup>9</sup> hoc sit, q̄ ego postea q̄ sum<sup>9</sup> iter nos  
 amicitia copulati, nihil habuisse me memini qd̄ nō tibi quoq; cō  
 mune foret. Quicquid hęc res nisi i eū locū adducta esset, vt reuoca  
 ri nō posset, id i p̄sētia quoq; facerē qd̄ reliquis in reb<sup>9</sup> a me semp  
 antehac est factitatū. Sed cū Sophronia i ea sit adhuc apd̄ me cō  
 ditiōe vt tua effici possit, tua mediussidi<sup>9</sup> p̄ me efficiet. Cū nō vide  
 amī quo tu beniuolētiā meā debeas magnificare, nisi ego quoq;  
 nouero tibi morē gerere & gratificari i eo potissimū qd̄ honeste fi  
 eri pōt. Nō ificior Sophroniā mihi esse desponsatā, & a me vehe  
 mēter amari. Cui<sup>9</sup> nuptias cupidissime p̄stolabar. Sed qm̄ vtpote  
 meipso curiosior rē tā desyderabilē incredibili desyderio desyderas  
 viuito læt<sup>9</sup> & esto secur<sup>9</sup>, p̄pterea q̄ Sophronia nō mihi sed tibi  
 nubet & i meū thalamū tua futura cōiūx deduceſ. Proi exiitō cu  
 ras. desine tristitudinē, & pristina valitudie recuperata gaudibū  
 dustemetipsum cōsolare, & aio defecato opperitor fruct<sup>9</sup> amo  
 ris tui suauissimos lōge amore meo p̄stātioris. Tit<sup>9</sup> quātū volupta  
 tis capiebat ex hoc Gissippi sermōe pleno spei blādiētis, tātū vere  
 cundia afficiebatur ostentāte quo maior erat Gissippi liberalitas

eo maiorē suā ipsi<sup>9</sup> fore ad eam vsurpādā pccitatē. Quāobrē cū  
lachrymas adhibere nō posset, ita respōdit. Tua Gissippe libera  
lis gēnuāq; amicitia apertissie ostēdit, quid me quoq; ī mea face  
re deceat. Itaq; hīc deus auertat, vt ego illā vnq̄ abs te recipiā in  
vxorē, quā tibi tanq̄ digniori fortuna cōcessit. Quæ si nouisset hāc  
mihi cōuenire, neq; tibi neq; alteri eā trādidisset. Vtere igit̄ læt<sup>9</sup>  
forte tua. Vtere fortūę dono, meq; finito q̄so iter iuges lachrymas  
tabescere, quas mihi vtpote hōi tāta cōmoda nō merēti fortūa p  
auit. Quę Hercules lachrymę aut a me sepabunt, id qđ erit tibi p  
iucūdū, aut me separabūt, & ego hoc gliscēte ī dies cruciatu libe  
rabor. Ad hęc Gissipp<sup>9</sup>. Tite, iquit, si a beniuolētia nrā tantū īpe  
trare possū vt tu meā volūtati obsequaris, & si ab eadē tibi pfuaz  
deri pōt, vt obseq nō nolis, hoc illđ est ī quo potissimū decreui ip  
si<sup>9</sup> amicitiaē bñficio vtī. Et si p̄cibus meis nō reluctaberis efficiā vt  
tu Sophronia potiaris, eāq; vī adhibebo quā ī amici bonis vtī de  
bem<sup>9</sup>. Noui quātā sit cupidinis vires, q nō semel sed sepius amā  
tes pduxit ad obitus miserabiles. Et talib<sup>9</sup> te amoris pedicis illa  
q̄ratū cēsctio vt neq; regredi possis, neq; lachrymas vlla ratiōe co  
hibitas moderari. Tito verō īpatibiles cupidinis vredines pferre  
neq̄ti, atq; ob idip̄s obeūti, supstes plane esse noli, teq; ocysime  
subsequar. Quocirca & si nulla alia iter nos causa esset mutua be  
niuolētię, tñ cupio te viuere vt ip̄e quoq; viuā. Scitoq; vitā tuā vī  
ob hoc mihi esse iucundissimā. Igitur erit tua Sophronia, cū haud  
facile aliā repire queas q̄ tibi tātopere placitura sit. Et ego amo  
rē meū non sane difficulter ī alterā trāsserēs & tibi & mihi satisf  
fecero. Cui negotio obeundo fortassis nō sic propēsus fore, si tā ra  
ro tāq; difficulter vxores reperirēt, q̄ raro q̄q; difficulter amici ve  
ri repeririūt. Ideoq; cū ego possi facillime vxorē alterā īuenire, a  
micū vero alterum difficillime, malo vxorē amittere q̄ amicum.  
Immo nec vxoris iacturā patiār si eā tibi concessero, sed ex bona  
ī meliorē fortunā eam trāstulisse, neq; amicum perdidisse existi  
mabor. Proin siquid apđ te pollēt p̄ces meā te rogo / q̄soq; vt hac  
ęgritudine deposita te meq; simul consoleris, & optima īpe frā  
tus cōstituas eā capere voluptatē, quā tuus feruētissim<sup>9</sup> amor ex  
optat. Tit<sup>9</sup> p̄tim pudore suffus<sup>9</sup> q̄ indecorū esse existimaret vt ip̄  
si Sophronia desponsaret, parti stimulante cupidine & hortamē  
tis Gissippi vigoratus sic loquit̄. Nutabūdus sū Gissippe / incertus  
sicut Græcorū historias magis intelligunt, qui viderint Athenas.  
Laudabile est fuisse Hierosolymis: & sic laudabili<sup>9</sup> ē hierosolymis  
bene vixisse Cōmonefaciat nos frugiferū hoc prouerbiū *μεγαλει  
α* vt ex contemplatione variarum nationū & morū, quæ lau  
dabilia sūt & sancta: æmulabūdi sectemur quæ culpabilia & obsce  
na factū vitabūdi repudiemus

Paræmia grecorum est *τενυχες λαλεις* ecturture loquacior:  
quæ de locutuleis & blasteronibus atq; in verba prouectis hōibus  
dicitur: quoniā turtures non solum ore: sed etiam posteriorib<sup>9</sup> mē  
bris resonare ac opstrepere credunt. Docemur hoc prouerbio salu  
briū & scite, ne sim<sup>9</sup> futiles, & immodici locutores: ne os nostrū sca  
teat verbis lapsantibus, ne lōcitatīs nēuo deueniātemur. Cui cō  
simile est το δοδωναιεν χαλακον, alterū illud lebes Dodonæus cui  
us meminit Menander. Fuit enim Dodonæ lebes æneus supra co  
lumnā in sublimi positus: puer autem & ipse ex ære fabrefact<sup>9</sup> i  
altera comin<sup>9</sup> columna constitutus flagellum æreum tenens flāte  
vento lebetes æneum per sepe circumact<sup>9</sup> percutiebat, & ira diu le  
bes ille resonabat. Vnde adagiū hoc ortū est de garrulis & nimīū  
diu tinnientib<sup>9</sup>. Quod ne de nobis merito dicat, etiā atq; etiā ca  
uēdū est. Natura nos tacita quadam iſtitutione formauit ad par  
ciloquiū: quæ duas hōi aures dedit, os vñ: vt plura videlicet audi  
ret q̄ loqueretur. In multiloquio (vt inquit Solomon in puerbijs)  
peccatū nō deerit. Contra sermoni parcere multis de causis salu  
tare est: vt inquit prudētissime Plinius. Multi impendio loquacio  
res se penumero voces effusiunt: quæ mox per iugulū reuertūt: &  
sæpe lubricū liguā trahitur ad pœnam: quī si iure consulti nō trahē  
dum esse p̄cipiāt, ad legē Iuliam maiestatis. Et vt inquit ille: nescit  
vox missa reuerti. Et semel emissum volat irremocabile verbum.

Protono  
tari<sup>9</sup> Bēti  
uolus pe  
tijt hiero  
solyman  
pluris oc  
lat<sup>9</sup> testi  
q̄ auritus  
Vmbilic  
Iudææ.  
Siō speci  
la

Cōcludē  
interpre  
taſ hoc p  
uerbium  
Lex & n  
tio.  
Proverbi  
um Turt  
re loqua  
cior.

Lebes d  
dōnæus.  
Naturā  
ad p̄cilo  
quiū hoīr  
nes iſtitut

Lubricū  
lirguæ.  
Floratiuſ

Hinc laudatus Xenocrates ille Platonice: qui cum maledico quorundam sermone taciturnus interesset: vno ex his querente cur solus taceret scitissime respondit, quia dixisse mequit aliqui poenituit: tacuisse nunquam. Græci dicunt  $\chi\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\tau\alpha\iota$ , id est hominem loquacem ex ædibus suis explodito. Cui concinit symbolum illud Pythagoræ, hirudinem in domo non suscipiendam, quod significat garrulos, & verbosos homines sub eodem tecto non habendos. Hic est ille Pythagoras primus philosophie nuncupator, qui loquacitatem improbas discipulos eligebat: nihil eos prius docēs quam tacere. Vbi autem erant silentio erudituri: &  $\chi\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\tau\alpha\iota$ , id est taciturnitatem bene didicerant: tunc verba facere, & quod opinaretur expromere potestas erat. Sed hoc erat primum sapientiae rudimentum, meditari condiscere, loquitari dediscere. Nec omnes pariter eliges: sed alius plus alius minus tacebat: loquaciores in quinquennium velut exilio vocis puniebantur. Bonum est auditores optimi nonnunquam Pythagorissare: &  $\chi\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\tau\alpha\iota$  pythagoricam perdiscere idque facere quod Melissus Mœcenatem fecit, ut accipimus: qui silentium triennio sibi imperavit.

In sacris priscorū ethnicorū hoc est gētiliū silentiū tanq̃ salutare  
præcipit: in quib⁹ notissimū est illud verbū: Fauete liguis: quo silēti  
us imperat: vt rite peragi possit sacrū nulla voce mala obitrepēte  
Alterū est sacrificale verbū min⁹ vulgo notū i eandē sententiā: Pa  
scito linguā: hoc est coerceto, cōtineto, taceto. Nāq; vt scitis illie re  
fert Hieronym⁹: & i decretis canonicis dist. v. de cōsecratiōe repe  
titū est: Verborū multitudine nō fleat⁹ deus: qui nō tā verbis q̃ cor  
de ē adorād⁹. Hinc in cerimonia Romanorū diua Angerona digi  
to ad os admoto silētiū denūciabat. Huc quoq; ptinet Harpocra  
tes Aegyptiacæ religionis de⁹ q̃ figurabat ore obli gnato vocē pre  
mēs, digitoq; silentiū suadēs. Cū igitur silentiū salutare sit: garruli  
tas stulta & detrimētosa: caueam⁹ ne de nobis puerbia duo meri  
to dicantur: τρυφενος λαλίστροφος, id est turture loquacior. & ἀνδρα  
γαίον χαλκιδόν. Dodonæ⁹ lebes. Nesiles simus mulierculis: q̃ lingu  
lacæ sūt & largiloquæ. De quib⁹ dictū est: Nullā inuentā esse mu  
tā in omī sclo. Et cū nihil æque foeminas ornet ac silentium, quod  
græce dicitur σιγη κοσμιον φρεσται σιγυναι, foemine nostrī sæculi hæc  
ornamēta nō norūt: cultum hūc repudiant: & schola Pythagoræ  
obturata gymnasium loquacitatis aperuerūt: vbi sine doctore do  
ciles: immo vbi omēs magistræ sūt tā veteranæ q̃ tyrūculæ: vbi tot  
pariter pelues & tintinabula dicas pullari: etem (vt inquit veris  
sime Plautus) Supellex mulieris est clamor.

Nos vero decet meminisse:quēadmodum natura vallū dentiū

opposuit petulantiæ verborū coercendæ. Quod homeni s'appellat  
 ἔρκεσς αὐτῶν, vt ita verba quæ volantiæ poetæ appellat, detractis  
 pinnis intra sepimentū hoc cohiberētur. Bene enim existimatum  
 est orōnē nō in ore nasci debere: sed in pectore: linguāq; quibuscūq;  
 quasi vinculis suffragandā. Nam (vt inquit Hesiodus) ὅλας οὐδ' αὖτε  
 θησαυροὺς ἐν αὐτῷ πρὸς σιν αἶψ' ἴσ' id est optim' est hominilinguæ  
 thesaurus.

Hesiodus

Ennius in hoīe graphico absolutoq; laudat ī primis liguæ parsi  
 moniam illo versu. Secunda loquens in tempore cōmodus & ver  
 borū vit paucorū Horatio. Flacco datū est vaticiniū. Garrul' hūc  
 qñ cōsumet cūq; loq̄ces: si sapiat: vitet. Nos ergo ne garrulorū gar  
 rulitate cōficiamur vitem' loquaces: & ipi p̄c̄sim' a Thersira Ho  
 merico: quæ αὐτῶν ἔστι, sine fine verba fundētē: maxim' poetæ  
 esse scribit. Tacendū semp est, vt olī dixit Maro noster, nisi cū aut  
 taciturnitas sit obfutura: aut oīo pfutura. Græci canūt. κατ' ἄλλους  
 σιωπῶν ἢ λαλῶν αὐτῶν ἔστι, & δὲν σιωπῶν ἔστι χρεῖμα, ὅτι τρεῖς id ē  
 meli' est tacere q̄ loqui indecora. nihil silentio est vtilius.

Ennius.

Thersites  
Homeric

Ego adeo prouerbiū hoc cauēdum censeo: turture loquacior: vt  
 suadeā poti' illud alterum τρεῖς ἢ ἑκατόν, i. cicada acāthina, &  
 illd, βατράχους σερίφου: id est rana seriphia qđ de mutis dicūt: & ta  
 citurnis. Siquidem mutas esse ferunt minimeq; canoras A canthia  
 nascicadas: & item ranas in Seripho insula obmutescētes p̄gigni.  
 Malim equidē dici, vt est in alio græcorum prouerbio, καὶ φασὶν ὅτι  
 καὶ χελὼν, id est taciturnior turdo, q̄ turture loquacior. Sed cū virtus  
 sit quedā vt græci dicūt μετρίτης, id est mediocritas: nolim tamē  
 ita seruare silentiū: vt silentio peream. id qđ Amyclis ferūt cōtigis  
 se, Vnde scite Lucili'. Mihi necesse est loqui, nam scio Amyclas ta  
 cēdo periisse. Scitū quoq; est illud. Caput sine lingua pedaria s̄na  
 est. Et vt inq; Elaccus, Cū vitāt stulti vitia ī cōtraria currūt. Ego  
 ī me cupio p̄bati illud Horatianū. Dij benefecerūt inopis me q̄q;  
 pusilli Finxerūt animi raro & per pauca loquētis. Lingua q̄ animi  
 interpretes est: vt ait Lucretius: animi sensa expomat nō leptias.  
 Occurrat hoc ī loco fortassis auditor catus & solers: inq̄iēs. Quid  
 tu magister quātō opere probas laconismō, & laudas liguæ parsi  
 moniam, tam linguax es & largiloquus: cur quod in alijs carpis id  
 in te īsigniter ostentas?

Cicada  
acāthina.  
Rana seripha.  
Taciturnior  
turdo.  
Amyclis  
lētio p̄e  
re.

Audi auditor bone. loquacitatē futilē & īscitā taxamus: multilo  
 quum carpimus: in quo nulla subiecta sententia est, nec sciētia.  
 Sed si orator ex prōptuario līario erudita depromit, idq; lōgafa Eloquen  
 cit orōne: nō tā loquax q̄ facūd' est hñdus: nec illa tam eloquentia tia,

loquētia existimāda q̄ loquētia. Cicerōis oratio (vt pximo vtar argumēto ea dicitur esse optima: q̄ est lōgissima. quid ita? quia lōgissim⁹ eruditissimus, eloquētissim⁹ est. Hęc autē fandi copīa & dapilis dicēdi hubertas cū ī ceteris Tullianis voluminib⁹ eluceat, tū in orōnib⁹ est eminētissima. De quib⁹ dicere possum⁹ id qđ de Platonis oratiōe Phaurin⁹ dicere solebat: si ex Ciceronis orationib⁹ verbū aliqđ demas mutesse, atq; id cōmodissime facias, de elegātiatamē detraheris. Nō sūt lōga quib⁹ nihil est qđ demere possis. Et sicut arborē nihil pīde ac pceritas atq; altitudo cōmēdat: ita Ciceronianas orōnes nihil magis q̄ copīa atq; hubertas exornat: quarū virtutes multijugæ sigillatim quotidianis lectionib⁹ explicabūt: & sole clarius apparebit: q̄ prouerbium *τρυγονος λαλίσσεσθαι*. Turture loquacior nō cadit in Ciceronē: nec in alterū quēpiam, qui fluēto erudite ac lepidē orationis inundet. Sed in eos qui cū loq; nesciāt tacere nō possūt: qui futili garrulitate diffuētes ea loquitāt atq; de blactant in quibus nec pes nec caput appareat. De quib⁹ dici potest ftiū illd quoq; frequēs apud eos adagium *γλαυκὸν ὄφθαλμον* id est anicularū. deliramēta & nugæ. Quod vitii procul abfore dictis nostris, scriptisq; promittim⁹. Qđ vt ipresētia re magis q̄ verbo præstem compendiosiora percurrām: & quātū ad hoc puerbiū ptinet verbum nō ampl⁹ addam.

Prouerbium est Platonicum: *αναγκη δαίμονες μάχονται* id est aduers⁹ necessitatē ne dij quidē pugnat. quo significat necessitatē nihil resistere, ac reluctari posse. Apud Liuiū ait Lentulus. Pareatur necessitati: quā ne dij quidē superant. Apud eūdē inquit Messius Volscus: Necessitate: quę vltimū ac maximū telum, superiores estis. Scite & elegāter a Palladiō dictū est. Necessitas ferijs caret. Dixit Dionysius: necessitati etiam dei cequūt. Iosippus, in bello ingt: nihil est necessitate pugnacius.

In decretis canonicis dist. j. de cōsecratione. Necessitas legē non habet. A Valerio Maxio. Necessitatis leges amarissime: & impitruclētissima optimo epitheto nūcupātur. Plato & Plotinus Platonicus doctissime scripserunt parcas *αναγκη* id est necessitatis filias esse: quæ vna cū matre fūsum torqueāt, & in cuiusq; gnatione conuoluant. Hinc Platonicus alter nō minus nobilis Apulei⁹ noster Deū inquit vltrix necessitas semp & vbiq; comitatur. Ille quoq; ter maximus: vt nomine ipso apparet Trismegisth⁹ docet quēadmodū *εμαρμην* id est fatum & necessitas, ab eis sibi inuicē indiuiduo connexte sunt glutino: quarū prior *εμαρμην* rerum omnium parit iniuria: Necessitas vero cogit affectum.

Verū cū philofat handū fit iuxta Neoptolemū Ennīanū pau-  
cis, iam ſublimioribus, ad humilia, a phicis ad hitorica tranſi-  
liam, q̄ oppido iucūdiōra ſunt. Et cū multa ſint veterū memoria  
rū documenta quibus manifefiſſie demonſtratur neceſſitatē eſſe  
ieluctabilem iuncibilemq; erimus i pſentia contēti hoc vno exē-  
plo, qd p̄ manib⁹ eſt, qd ab re quā molior, haud quāq̄ ē alienum,  
& ἀναγκη de qua loquor, accommodatiſſimum.

Attaginus Theban⁹ conuiuiū magnifice lauteq; appato Mar-  
doniū ducē Perſarū, & cū eo honoratiſſios Perſas nūero quiqua-  
ginta, totidēq; Thebanos inuitauit, eoſq; i menſa alternos Perſā  
& Thebanum diſcūbere iuſſit. Aderat & huic conuiuiū Therſan-  
der Orchomenius claritudine natalium iſignis. Secūdm cōenā cū  
Libero p̄ſi parētarēt, & poculis idulgerent, Perſa ille, qui iuxta  
Therſandrū recūbebat, hoīem vt ſit i conuiuali hilaritate interro-  
gat, cuiatis eſſet. Ille reſpondet ſe Orchomeniū eſſe. Tum Perſa,  
qm̄ inquit tu mihi menſæ cōſors & cōprāſor es effect⁹, volo tibi ſē-  
tentiaē meæ reliquere monumētū, vt ipſe quoq; p̄ſcius hui⁹ rei q̄-  
as tibi conſulere. Cernis hos perſas cū Mordonio acceptos i cōui-  
uiū opipare ac manificenter, & copias q̄ i caſtris n̄ſis relicte ſunt?  
horum oīs paruo poſt tempore pauciſſimos cernes ſuperſtites. &  
iter loquendum lachrymas huberti effudit. Tunc Terſander ea o-  
ratione attonitus ad Perſam inquit. Nonne Mardonio hec expe-  
dit dicere & his Perſis, qui ſc̄dm eum ſunt i exiſtimatione? Ille au-  
tem ſubiecit verbum dignum mēoratu. O hoſpes iquit, Quicquid  
ex deo fieri oportet, id hoī ineuitabile eſt. Nam ne credibilia qui-  
dē dicentibus credere quiſq̄ vult, hoc p̄multi Perſarum ſcimus, &  
tñ Mardonium ſequimur illigati neceſſitate. Hæc Perſa Therſan-  
dro Orchomenio denarravit, veridicus prorsus vates. Siquidem  
mox paulo apud Plateas p̄lio iuſto victi & magna occiſione occi-  
ſi euidenter oſtendēſt neceſſitatē eſſe ieſſugibilem, & illud eſſe ve-  
riſſimū, qd velut ex oraculo cecinīt Cleāthes, Ducunt volentē fa-  
ta nolentem trahunt.

Ex hac neceſſitatis lege, q̄ impotentiffia eſt, factum eſt, vt ego  
non Apuleium prout volebā & deſtinaueram, ſed Mar. Tullium,  
de quo nihil penitus cogitarā, cogar publice profiteri. Cur hoc?  
dicā ſi poſſo. Dederā cōmētatorios meos Apuleianos Bñdicto bi-  
bliopolę primī noīs, eidēq; chalcographo hoc ē ipſi ſlori elegātiffi-  
mo tā pridē iſprimēdos, vt opus abſolutū, hoc maxie tēpore, quo  
ſtudiorū culturā auſpicamur i publicū exiret ac p̄m̄garetur, idq;  
ſe facturū i preſſor ipſe recepat. lāq; res bene ſuccedebat, cū ecce

Philoso-  
phādum  
paucis.

Historia  
recēdita  
mēorabi-  
lis.  
Cōuiuiū  
Attagini

Scitū Per-  
ſe: Mar-  
doniū ſe-  
gmur ne-  
ceſſitate.  
Ineſſugi-  
bilis ne-  
ceſſitas.

Bñdictus  
bibliopo-  
la & ipſe  
ſor.

## Philippi Beroaldi

poenuria chartæ quis crederet; opus hæsitichoatū, etem̃ i proxia  
 ætate quā torrētissimā p̃pelli sum⁹, siccitate tāta laboratū est. vt  
 chartarij officiatores; chartas glutio pcurrē, & cōseq̃nt pagere neg  
 uerūt. Itaq; hæcciuitas q̃ alioqui chartā finitimis p̃p̃lis affatim fo  
 let subministrare, iopiam chartæ sēsit. cuius vsu constat imortalit̃  
 tas hoīz. Nec hoc cuipiā miꝝ videat, cū Tyberio p̃cipe sterilita  
 tē chartæ Rōana quoq; ciuitas sēlerit, factūq; sit rei tā necessaria  
 iopia vt e senatu darenē arbitri chartę dispēsandæ. alias in tumul  
 tu vita erat. Ergo iḡit cū Apuleius a carceribus ad metas ipresso  
 rias progredi nequiuert ex ai n̄i sentētia, feci iuxta vetus verbū  
 illd. Vt quimus aiunt, quando vt volumus non licet. & iuxta illud  
 alterū. Si non pōt fieri quod vis, id velis quod possis. Dedi manus  
 αὐτῷ. id ē necessitati, cui velis nolis pendū est, quā ne de⁹ quidē  
 supat. Vex memor veteris prouerbij: qđ ait, gladiatorē arena ca  
 pere consiliū, nec illi⁹ sentētia oblitus, qua aiūt consiliū sub manu  
 nasci debere; euestigio me i p̃sū cōsului, nescio an bonū cōsiliariū,  
 cōsilioq; domestico vsus; statim censui nihil fieri posse congruenti⁹,  
 nihilq; auditoribus vtili⁹, quā vt maxio poetaꝝ maxim⁹ Oratoꝝ  
 copularet. Itaq; Lucio Apuleio, quē necessitas verat. M. Tullium  
 subdidi succedaneū. Qđ sane bono cōsilio factū viberi pōt, vt sc̃lz  
 duo columia doctrinæ, alter poetaꝝ iclytissimus, alter oratoꝝ  
 Deus, ābo extra oēm igenij aleā positi iuncti irēt, iunctimq; enar  
 rarent. Et me Hercules i vtroq; oēs fandi virtutes elucescunt, de  
 quorum laudib⁹ melius ē ad p̃s tacere, quā pauca dicere, cū ad  
 laudendū p̃ merito Virgiliū, & Tuliū Virgilio & Tullio laudato  
 rib⁹ op⁹ sit. præterea i libro Orationum mearū extāt vtriusq; scri  
 ptoris luculenta præconia.

Ceterę ne Parthis mēdacior (vt diciť) iueniar, neue dicar vt est  
 i veteri græcoꝝ puerbio κρητις εἰς ἰν, hoc est Cretas mendaces imi  
 tari tātis p̃ oñes Ciceronis enodabim⁹, donec i pressor Apuleia  
 nis iter p̃tamentis extremā manū i posuerit. Imponet aut̃ cōtinuo  
 post solēnia dñi natalia, Christianoꝝq; s̃aťnalia, tūc fidē exoluā  
 tūc nomē expungā, & qđ iādiu p̃miserā ipse, p̃stabo. Erit aut̃ hæc  
 p̃crastinatio scholasticis oppido quā cōducibilis. Nāq; itere a ali  
 quot Ciceronis oñes explicabunt a nobis, ea diligētia, eaq; oī  
 faria eruditōe, vt ianua laxissie referata reliquis deinceps oīoni  
 bus oibus videri possit, vt qui vel paucissias audierit, ceteras sine  
 iter p̃te citraq; doctōrē audire ipse, & p se intelligere q̃at haud sa  
 difficulter, Anno aut̃ a salute dñi Millesimo quingentesimo quem  
 Iubileum nominat̃, p̃inde ac auspiciatissimo & memorādo anno

Apuleiū fauste, ac feliciter initiabim<sup>9</sup>. Et qm̄ Iubilei facta est mētio, non fuerit abre pauca quādam ad Iubileū ptinentia hoc potissimū loco explicare. Vos (vt cōpistis) q̄so libentib<sup>9</sup> animis & aurtibus auscultate.

Iubileus res ē & dictio Iudæorū. Apd̄ quos quinquagesim<sup>9</sup> quilibet annus erat sacrosanct<sup>9</sup>. Nā vt i Leuitico scriptū legim<sup>9</sup>, De Moyli quicū familiariter loquebat<sup>9</sup>, precepit, vt annū quinquagesimū sanctificaret, eoq; remissio daret<sup>9</sup> cūctis Iudæis hitatoribus. Ita q; ois vēditio redibat ad dñz, ois possessio ad pristinū possessorē, creditores a debito relaxabāt, serui libertate donabāt, & ob Iubilei sanctificatiōez agri erāt feriatī. Ex hoc iditū ē Iubileo nomē, qd̄ lingua hebraica (vt docet Ioseph<sup>9</sup> i libris antiquitatū) significat libertatē. Quidā (iter quos ē Nicolaus de Lyra) tradūt hebraico vocabulo buccinā Iobel nuncupari. Vñ Iobilei nomē iclinatū sit, ppter ea q; buccino tubē & clāgore mense septio Iubileus denūciabat<sup>9</sup>. Petroni<sup>9</sup> Arbitr Iubileū annū remissiuum significare auctor est. Itē eo pētatheuci libro, qui scribit<sup>9</sup> nūeri, Iubileus itē p̄taf annus remissionis. Sicut ergo apd̄ Iudæos Iubileo remissio dabatur rez corporaliū, sic nūc apd̄ Christianos idulgetur remissio vel vt vtar vocabulo Cypriani, remissa p̄ctōz atq; noxaz. Legimus aut Iubileus est quinquagesimo quoq; anno. Quā i re subit admirari Iudaicā institutionē, q̄ ex cōtemplatu numeri septenarij, qui numerus est p̄fectissimus Iubileū obseruandū p̄cepisse videri potest. Septē em̄ annoz hebdomades, hoc est anni speties septeni, cōficiūt climactera vitē humanē p̄iculosū, vt merito post numerum potentissimum, ei ndēq; i hoibus efficacē, de quo i libello Septem sapiētū copiose disserui: subsequat<sup>9</sup> ann<sup>9</sup> Iubile<sup>9</sup> plen<sup>9</sup> bonorū & beatitatis, quē cūcti mortales faustū, fortunatūq; ac felicem omnināt & optāt quo cupim<sup>9</sup> ais, corporibusq; defecatis mūdi puriq; & p̄nde ac felices reliquū auit posse traducere.

Sicut e go p̄sci, quorū institutionibus vita n̄ra format<sup>9</sup>, Calēdis Ianuarij p̄ncipio anni auspiciabant<sup>9</sup> suas quisq; artes, & lib<sup>9</sup> sup̄ sedebāt, & dulc'a gustabant, vt felici auspicio tot<sup>9</sup> annus iret dulcis & fortunat<sup>9</sup>, ita nos āno Iubilei, hoc est anno libertatis: āno remissionis, anno sanctificationis: anno optatissiq; ad quē mortaliū vota susp̄iāt, auspiciabimur vna cum n̄ris commentarijs. Ast num Apuleianū vere aureū, vere bracteātū, vt aureo, feliciq; auspiciatu vita n̄ra feliciter & fortunāte p̄grediat<sup>9</sup>, vt possi deiceps cōmētādo, legendo, scribendo p̄desse nepōtibus, posteritatiq; cōsulare, & nos ingenij monumentis vixisse testemur.

De Iubile  
oscitu di  
gna.

Iubile<sup>9</sup>  
quid.

Remissa  
noxaz.

Cal. Iam  
arij ausp  
cabantur  
artes.

# Philippi Beroaldi

## Epilogus.

Habetis viri clarissimi sententias populares, non populari opti-  
nor trutina examinatas a nobis, sed morali poti⁹ & literata state-  
ra ppenſas. Habetis, puerbia quorū vsurpatio minime ludicra vi-  
deri debet, cū his scateant volumina Phōz, cū his non abſtineāt ſā-  
ctaz legū conditores. Deniq; cū ſcriptores oē genus puerbijs pin-  
de ac cōdimētis libros ſuos reſerciāt. Quoz hodierna explicatio,  
et ſi ſā quadā tenus lectionibus nris accommodata eſt, nunc ma-  
xime adglutinetur & coherenter adhæreſcat.

Vulgares ſententię ſūt puerbia. Vulgares ſcriptores ſūt Virgili-  
us & Cicero. Quid em̄ magis i ore vulgi ē, quid vſu populari ma-  
gis detritū? Docti, idoctiq; vrbani, ruſtici, opifices oēs, pueri, mu-  
lierculæ Virgiliū Ciceronēq; nouere, nihil vulgare magis, vterq;  
quotidie excutiſ, quotidie cōprobaſ, & cum ex illo, puerbiali ver-  
bo, Quot capita tot ſententię ſiant, vt ſcriptor qui vni placeat al-  
teri diſpliceat quod vnus & alter pbāt pluſculi probēt, i Virgilio  
Ciceroneq; pbando cōſpirant oēs tā amuſoteri q̄ literati. Nectā  
pedibus q̄ animis vadunt i eādē ſententiā laudationis. Iā vtriq;  
ſibi hoc laudis prope peculiaritervendicauerūt, vt appellatione  
Oratoris. M. Tullius, appellatione Poetę Virgili⁹ ſignificēt. quo-  
rū duoz virtus non indiga vilius pconij amplius eſt. Tāta claritas  
ſuperfluit. Prouerbiorū doctria ſeria eſt & frugifera vt docebim⁹,  
& medulla ſuccoſior, Marōis & M. Tullij doctria q̄ ſeria, q̄ frugife-  
ra ſit & medulla ſuccoſa, qui neſcit, nihil proſuſ ſcit, qui ignorat,  
nihil non ignorat. Qui duo ſcriptores quanto magis legunt, tāto  
magis legēdi ſunt, quoz lectio pueris neceſſaria, iuuenib⁹ vtilis,  
ſenibus piucūda. Deniq; illi ſe pſeciſſe ſciant, quib⁹ Cicero & Vir-  
gilius valde placuerit. Qui haud dudie oñdunt verū eſſe prouer-  
biū illud. πολλοὶ μαθηταὶ καὶ ττον ἐξ ἀδασκαλῶν. Multi discipu-  
li meliores praeceptoribus. Nanq; q̄ Maro & Cicero longe doctri-  
res doctoribus ſuis fuerit, nemo vnq̄ homo dubitauit, cum doctri-  
na illorum, & nomina i vulg⁹ ignota ſint, aut p diſcipulos cogni-  
ta. Grammatici tradūt Sironē Epicureum fuiſſe Virgilij pcepto-  
rem. Nonne hic i gloriuſ, ignobilisq; eſt, cum diſcipulus ſit glorioſi-  
ſimus, iclytiſſimuſq;? M. tullius perinde ac gratus diſcipulus hāc  
gratiam ſuis magiſtris rependit, q̄ eos laudabiliter celebrat, &  
honorifica nuncupatione pceñſet. In tantum diſſimilis iſtis qui p-  
ceptores ſuos non ſolum parentis loco non habent, vt p̄cipitur,  
ſed eos clanculo i angulis vellicant, cōſultiſq; iproſcundunt ac ob-  
treſtant, ita gloriā adipiſci ſperantes, ſi doctoribus derogauerūt,

Prouerb  
a i libris  
phōz.

Vulgares  
Virgilius  
M. Tulli⁹

Quot ca-  
pita tot  
ētētaz.

Orator  
Tullius.  
Poeta  
Virgilius

Prouerbi  
m πολλοὶ  
μαθηταὶ  
καὶ ττον  
ἐξ ἀδασκαλῶν  
Virgilij p-  
eptor.

veræ prors⁹ laudis expertes. Nam qui obtrectatiōe p̄ceptoris famā aucupatur, infamiā inuenit: & in omni proborū ceterū exhibita tur: exploditur vt improbus: fomidatur vt vipera: sitq; odium punitū cū nō secus q̄ qui parentibus maledixerit. Eteḿ p̄ceptor animorū parens ac formator est: quē nisi omni verborū honore prosequamur: nisi vbiq; locorū: vbiq; hominū honorifica mentione dilaudem⁹: impij, nefarij, scelerati meremur nūcupari. Quāto magis ingenuē: & sc̄tē: & officiose agit. M. Tullius noster: qui nominatī magistros suos celebrat: videlicet i arte oratoria Menippū Stratonicensem: tota Asia illis tēporibus disertissimum: & Dionysium Magnetā: Xenoclē Adramytenū. Cū primis vero memorat Apolloniū Molonē Rhodium clarissimum tūc dicendī magistrum: in dialectica Diodorū Stoicum: i philosophia Philonem & Antiochū quos omnis fama obscura recodidisset: & vetustas oblitterasset nisi discipuli gratissimi monumēta illorū nomina perire nō sinerent. Qui fuit tāto maior doctorib⁹: quanto maius est dare lumē q̄ accipere. Et sane fuit necessariū: vt discipuli meliores magistris existerēt. Alioquin ingenuæ disciplinæ omēs iam decoxissent. Iā ad nihilū artes fere omēs rediisset: quas cernimus ad summū fastigiū peruenisse: dū proficiētib⁹ ingenijs prouerbiū hoc quotidie cōprobatur

πολλοι μαθηται καὶ τῶν ἐγγύθεν καλῶν Multi discipuli meliores

præceptoribus. Ego quantū ad me attinet cōnexus sum pro viribus dies, noctes incudē hāc literariā tundēdo ne p̄ceptore meo Frācisco Puteolano homine (vt tunc t̄p̄a ferebāt) eloquentissimo: eruditissimoq; deterior: neue minor existerem. An id assecut⁹ sim aliorū sit iudiciū. In hoc haud dubie laudandus: q̄ ausus sum: q̄ volui: q̄ valui decertare cū illo: ea videlicet cōtentione q̄ honestissima est: i qua vincere & vinci p̄que pulchrū atq; magnificū est. Nā vt iquit ille: i magnis voluisse sat est. Ad hoc p̄cherrimū certamē vos omīs puoco: vt ita mecū decertetis: sicut ego feci cū magistro meo Frācisco Puteolano, quē honoris & amoris, causa noīno: quē omnimodis laudib⁹ celebros: q̄ literas līatas senio pene intermortuas & situ squalētes: ad lucē nitoreq; cū primis reuocauit: cui ac̄ceptū refero quicquid est i me doctrinarū: eā illi mercedē liberalit̄ repēdēs: quā Mādray⁹ Thaleti p̄cherrimā p̄soluit. Et sane ex iudicio p̄ceptoris mei tanq̄ ex equo Troiano innūeri bñ līati exilieres: q̄ ad serias mox doctrinas & q̄stuosiora studia sese laudabilē cōtulerūt. Ego vero sectā doctoris: nec p̄eniret: fauorabilē sectat⁹ sū. & vnā mecū dec⁹ meū Min⁹ Rosci⁹: quo mihi hō nō amicior est quē nobiliū eruditissimū: eruditorū nobilissimū appellare merito cō

Contra  
maluolo  
discipulo  
Magister  
animorū  
parens.

Præcept  
res. M.  
Tullij.

Præcep  
tor me⁹  
Frācisus  
Puteola  
nus.

Propert  
us Laus  
Francisci  
Puteola  
ni.

Laus Mi  
ni Roscij.

# Philippi Beroaldi

fuenit: qui in hac politiori literatura tantū pfectit tūq; emūctus est, & terf: vt meū esse cōdiscipulū, Symmytē, cōfectaneū possis agnoscere. Caterū vt domū reped m: cupio & opto a vobis i hac pugnāfaria superari. In quadiscipuli victoria ad gliaz redūdat ingri superati, est em lau pceptoris d scipuli pfect. Ita mecū contendi tevt Virgili & M. Tullius cum suis pceptoribus cōtenderūt: quos pulcherrimo i certamine victos plausibiliter pterierūt: planissime ostendētes verissimū esse puerbiū. πολλοὶ μαθηταὶ καὶ τῷ ἑαυτοῦ καὶ τοῦ διδασκαλοῦ. multidiscipuli pceptorib' meliores. Pulcherrima possessio homini doctrina est, vt musei grecorū testantur: canētes καὶ σοφιστῆς καὶ κτηματάρχαι βροτοῖς. Compotes voshuiusce tam preciosae possessionis facient. M. Cicero: & Virgili: eloquētia in hāre ditate m: talibus relicta. Quorū volumia sūt prato similima. Nā sicut in eodē prato bosh erbā quant: canis leporē: ciconia lacertā villica fūgos: virgūcula flores: ita grāmatic, poeta, Orator Philo sophaster suis quisq; studijs aptissima colligent ex ciceronis, Maro nisq; penorib'. Quorū pabulū est citra fastidiū, eoq; igenia maxime puerila ac iuuenilia sūt sagināda Et cū alios dulcia, alios salsa, alios austerā, alios suba mar, delectēt, Ciceroniana ferclā & maroniana mire faciūt ad palatū oim & stomachū. Nos vero istar archimagari pulmētaria Ciceronis & Maronis p se e culēta cōdimētis quoq; nris esculētiora facere tētabim' & cū similitudo fastidij mīsit ea cōditurarū vaietate condiem' vt succum scitissimi saporis, lōgeq; noto dissimilem, gustantibus vobis edulia Tulliana & Maroniana habere videantur.

Qd reliquū est, vobis gratias ago & habeo multijugas: qui me adiuvistis nō vt pharmacopolā, sed auscultatis diligēter & libēter vt oratorē: & vt Oratio puerbialis a puerbio ichoata puerbio quoq; terminē: vellē (vt adagiū est grecorum) αὐτὶ πάλαι ἔτι, id est gratiam repēdere posse, qd illi vsurpāt de his qui gratiā beniuole reponūt. πάλαι ἔτι, id est ciconiā senescētes parentes educare eosq; senio lassescētes ac alarū remigio defectos subleuare hūeris ac succollare dicūt. Vnde ciconia aus pia vocat: & Antipelargolis remuneratio: retributioq; bñficiorū noiatur: unde q; ortū est puerbiū hoc αὐτὶ πάλαι ἔτι: qd beneficium retribuere & gratiā referre significat: cuius narratio in ca:ce orationis hodiernae sit vobis pro gratiarum actione: & huiusce officij scholastici remuneratione.

Finis Orationum & Praelectionum Philippi Beroaldi  
In audibus Barranis.

Angeli Politiani Viri disertissimi Oratio, quam edidit pro  
Oratoribus Senensium ad Alexandrum sextum Pontifi-  
cem Maximum.

**E**t si Christiana omnis respublica electiōe Romani pōtifi-  
cis quēcūq; eū tādē esse cōtigerit: gaudere sēper iure: ac  
letari debet: qm̄ sine pastore grex dñi piclatur: tamen  
hoc t̄p̄s est. B. P. in quo profecto redundantē letitiā suā  
cohibere homines nequeūt. q̄ is tu nobis pōtifex maximus contis-  
gisti: cui⁹ & prudētiā & virtutē diu Romana respublica ecclesiāq;  
maximis arduisq; in reb⁹ expta admirataq; semper est. Verū Se-  
nensi ciuitati hoc est reipublice nostrae, ad cōmunē hāc oīm Chri-  
stianorū ppriā quoq; & peculiare accedūt letitiæ causę: sic vt pe-  
ne a sedibus cōmonere se ipsa: & sua quadā voce gratulatū venire  
ad te: tuisq; se aduoluere sc̄tissimis pedibus velle: ac gestire videat-  
tur. Sed qm̄ hoc facere eā natura nō sinit: nos ad te ciues suos. B.  
P. publicę gratulatiōis oratores misit. q̄ scilicet i hoc celeberrimo  
gratissimoq; nobis mūere vices toti⁹ ciuitatis iplerem⁹. Gratula-  
mur igi⁹ tibi Alexāder sexte Romane Pōtifex q̄ ad rerū hūana-  
rū fastigiū subuectus: immo ad diuinitatē ipsā plane sublarus oīa  
præter deū minora: inferioraq; te videas: sic vt reges etiam ipsi &  
p̄cipes adorare submissi vestigia tua, & puluerē pedum tuorum  
ligere nō modo nō dedignētur: sed loco etiā præclari muneris con-  
cupiscant. Gratulamur & Christiano gregi: cui tu videlicet is pa-  
stor diuina, puidētia datus es: vt illū facile tutū: securūq; p̄stiturus  
& a furū insidijs & a luporū incurfib⁹ videre. Gratulamur quoq;  
nobis ip̄is hoc est Senēsi ciuitati priuatis quibūsdā gratulādi causis  
quas proxime suo loco cōmodi⁹ attingem⁹. Post hoc autē obediē-  
tiā tibi humilē: ac deuotum obsequiū vero Christi in terris vicario  
quāta maxia possumus veneratione exhibemus: paratosq; semp  
fore pollicemur etiā vitā ipsam: & sāguinē: vbi opus sit. p̄ incolumi-  
tate: & dignit. e sanctitatis tuæ: Ramanaq; ecclesię pfundere.  
Tū i idem & sentim⁹: & clare profitemur hoc obediētiæ officiū nō  
ad gratiā vllā: sed ex debito tibi esse offerēdū: sic vt a quoq; morta-  
liū sine summo scelere: sine grauissimo periculo prætermitti neq;  
possit: neq; debeat. Nam si rerū natura ordine quodā miro & pul-  
cherrima varietate distincta est: sic vt a sūmo ad imum per medios  
quosdā grad⁹: diuinitatis imago refulgeat: quanto hic ordo magis  
atq; hæc varietas nexa inter se apta & cōgruēs i ecclesia ipsa cōspi-  
ciatq; eminere debet: quæ prors⁹ naturā transuolat: oīq; in petu

## Angeli Politiani

conatuq; suo tēdit ad grām. An vero triūphās illa in cælis ecc'lesia ordinemirofulgebit angelorū: quorū alij alijs præfecti subiecti ve sint. Hæc vero militās ecclesia ad illius exemplar in terris instituta incōdita erit: & carebit ordine? Et quo pacto: igit̃ terribilis erit: vt castrorū acies ordinata? Aut quomodo omnino acies: nisi in ea ad vnū quasi imperatorē diuersi quidā ordies alij alijs gradati vel parētes: vel imperātes redigātur? Siquidem vnitatis ipsius q̃ maxime in ecclesia queritur, cōgruentior causā est vn⁹ q̃ multi. Quo circa ille etiā rerū naturæ sagacissim⁹ īterpres Aristoteles: vbi diutius optimā præstātissimāq; regēdæ: æc gubernādæ vniuersitatis rōnē quesierat: sic Homericis tādē verbis exclamauit: Rex vnicus est. Rex aut̃: & princeps noster haud dubie Christus est: cui⁹ i terris locū vertex apostolorū Simon⁹ obtinuit: etiā Petrus ob id appellatus: q; super eū dñs quasi super petrā ecclesiā suam fuerat ædificaturus. Huic & clauēs cælistis: terreniq; regni: & ptātē Christus illam immēsam tradidit: vt qđ ligaret in terris: aut solueret: ligatū solutūq; etiā foret in cælo. Hic est cui in cælū ascēsurus mandauit vt oues pasceret suas: quo verbo vicariū: successorēq; eū sibi & instituit: & cōsecrauit. Hic est etiam quē venire ad se sup mare ipm relicta nauicla iussit: qā nō nauē hoc est ecclesiā vnā sicuti alij suam quisq; sed mare: hoc est sæculū ipsū susciperet gubernādū. Hic est etiā cui dixit vni vt se sequerē. Hic idē vnus linteum illud cælo demissū vidit quadrupedibus om̃e genus serpētibus volatilibusq; refertum ac surgere: occidere: & manducare inde iuss⁹ est. vñ etiā merito de illo mater decātat ecclesia. Tu es pastor ouīū: princeps apoloſtorū tibi tradidit de⁹ oīa regna nūdi. Vt igitur hæc oīa ī pauca conferātur: & ordinē habere militās ecclesia debuit. & is ordo ad vnū quasi caput fuerat referēdus: & toti⁹ ecclesię caput: ac fūdamētū Petr⁹ est apostol⁹. Sed quādo ecclesiā suam Christus instituit: vt non protinus euāesceret: sed ad cōsummationē sæculi vsq; p̃duraret: dubitādū nō est: quin ptās illa tāta in ipsius quoq; Petri successione: quasiq; e posteritate descideret. Oportuit em̃ (vt Paul⁹ inqt) tādū hāc durare ptātem: q̃diu ecclesia ipsa ædificatiōe indigeret ædificatione aut̃ ad vsq; finē sæculi indiget: in quo electorū nūerus cōplebit̃. Iure igit̃ / p̃ p̃ribus tuis nati sūt tibi filij: canim⁹ in ecclesia. Cōstitues eos p̃cipes super oēm terrā. Neq; em̃ fas erat: vt ordo ille ap̃licus a sapiētissimo Iesu Christo institut⁹ in sui statū primordij deficeret. Sed q; rogo ver⁹ Petri successor? An alius q̃ Romanus pontifex? Non em̃ ep̃scopī sedes est in qua primos: sed in qua postremo sederit. Petrus autē Hierosolymis: Antiochiaq; relictis.

Romā iubente dño, Romā hoc est in locū pascuæ suæ pperabat, sibi ad extremū vīq; vitæ spm̄ pastoris funditur officio: Q; si Petr⁹ loco dñi sēper, si Romanus pōtifex Petri successor: & Christi vicarius in terris est, pfecto iure diuino caput oēs tibi sancte pater, & genua inclinamus, oēsq; tibi tanq̄ ipsi dño Iesu Christo obtemparamus, tantāq; tuā. B. P. esse potestatem fatemur, vt iudicia quoq; tuā firma imobiliaq; pmaneāt: quasi deus ipse p te iudicet. Nec autem potestas ista conferri hoī ab boīe tanta potuit, sed ille sol⁹ contulit qui romanā ecclesiā solus fundauit, & supra petram fidei mox crescentis erexit, quiq; beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis īperiij iura cōmisit Quapropter apostolicæ Sedis iura, priuilegiaq; sic alte radices, atq; ita ī solidū cgerūt, vt transferri, cōmoueriq; nō possint. Trahere fortasse tētabit qspīā, sed eas nō virib⁹ vllis rūpere, nec duro poterit cōuellere ferro. Si aut̄ in veteri lege tāt⁹ pontifici honos diuio īperio habebat: vt qui iussa illius detractaret extremo supplicio afficeret, quid nobis faciendū Christianis nomē illi⁹ gerētib⁹ est, qui sic vicarijs suis locutus est, qui vos audit & me audit, qui vos spernit, & me sp̄nit? Læsæ pfecto diuinæ maiestatis crimē incurrit, quisquis dū Christianū se asserit, sed īsti apostolicæ obedire cōtēnit: Verū sit alijs cōishæc & publica, nobis autē hoc est Senēsi ciuitati priuatę quoq; sūt, & propriæ hui⁹ p̄stadi officij causæ. Nā & Romana sēp ita nos ecclesia p̄texit, vt illi vni libertatē, dignitatē, īcolumitatē q; nīam debeam⁹. Et tu⁹ ille scdm carnē patruus, in pontificatu aut̄ prædecessor sanctæ immortalisq; mēoriæ Callistus eius noīs tertius, toto eā sui pontificatus corpore atq; oībus, ecclesiæ Romanæ virib⁹, auxiliante et diuinæ virtutis principe Frāscisco Sfortia ab Iacobi Pricini incursum īp̄ssioneq; defendit. Idēq; Aeneam Piccolomineū nīæ ciuitatis hominē doctrina & nobilitate p̄stantissimū p̄sulem tunc Senēsem in amplissimū fratrum suorum Cardinaliū collegiū cooptauit. Qui quidē post eius obitū statim successor eidem in pontificatu electus & Pius vere nobis, & secūd⁹ fuit qui pape qui rēpublicā nostrā pene ab interitū ad vitā reuocauit, viribus firmauit, auctoritate munijt, dignitate auxit, opib⁹ honestauit, vt ne plura quidē aut maiora optare a sup̄is nostra ciuitas auderet, q̄ quoti eā Pius ille pontifex, quātaq; contulit. Enimvero si referri oīa ad suas causas debēt (sicuti certe debēt) pfecto q; viuim⁹, q; libertatē nostrā tuemur q; dignitate, glia, diuitijs aucti Senēses decoratīq; sum⁹, nulli post deū neq; magis, neq; pri⁹ q̄ patruo illi tuo adorādę nobis mēorię Callisto acceptū referim⁹

## Angeli Politiani

A quo videlicet tāq̃ a fōte quodā pēni, tāta illa in nos, tāq̃ affluens oīm rex felicitas redundauerit. Nec vero ingratus aut imēor accepti a Callisto bñficij Pi<sup>9</sup> fuit, sed expeditionē quā ille aduersus imanissimū Turcē gētis tyrannū susceperat, obitu iterpollatā statim vt ipse ad pontificiū adscit<sup>9</sup> ē, nauiter continuauit, vt in ipso molimie appatūq; rerū vitā efflauerit, nihil sibi neq; ad salutē cert<sup>9</sup>, neq; ad laudē maius existimās, q̃ si factissimi illi<sup>9</sup> sapiētissimiq; pōtificis promotoris decessorisq; sui vestigijs istitisset. Cāterū illis forsītā importūa mors tantū illud decus ob idipsū inuidit, vt hęc ad te laus integra, illibata, indefloratāq; descēderet. Nā sapiētia singularis, cui<sup>9</sup> tā multa exprimenta tot annis sacri p̃iceps senatus dedisti, & p̃stās animi magnitudo, qua mortales crederis oēs antecellere, & atas ipsa p̃iter auctoritatē retinendæ laboribusq; ferēdis idonea, & vigor iste tu<sup>9</sup> oculorū ac vultus, plenāq; dignitatis, plena maiestatis facies, ac totius corporis viuīda q̃dā vis & solidū robur, Tū istud ipsū Alexādrī nomē oībus oriētis populis formidabile, q̃d tibi credo nō frustra, sed diuinitus adoptasti magna q̃dā de te nobis, rara, ardua, singularia, incredibilia, laudita pollicē ē. Nō em̃ dubitat qn receptura retēturaq; i<sup>9</sup> maiestatiq; suā Rōa na ecclesia sit, quin virtuti & bonis artib<sup>9</sup> honos te pōtifice sit habendus, ac viri docti disciplinisq; omne genus ingenijsq; florētes p̃mia laborū sint vigiliatūq; laturi, quin p̃ncipes oēs Christiani arma qb<sup>9</sup> iter se nūc ipse scēuit, cōtra Mahumeticā potius rabiē impulsu, auctoritateq; tua cōuersi sit. Tibi em̃ tibi laus hęc vere Alexādro debet, nō magno, sed maxio, nō regi, sed pōtifici. Tunc em̃ vere tu pastor cū belluas illas teterrias tot aios christianorū hoc ē tui gregis cruore, & cædib<sup>9</sup> pastos, toti<sup>9</sup> quotidie Italiæ atq; adeo sedi isti tue sctissime ravidis faucib<sup>9</sup> inhiantes: baculo isto diuine p̃tatis repelles abiges, cōtūdes. Qd vt fortit̃ aggredi cōstā ēq; nō dubites, en ipsa tua te patria pulcherriā illa Hispania nūc maxie adhortat̃, q̃ quasi reb<sup>9</sup> tuis p̃ludēs, regē regināq; suos diuinis honoribus effere, ados alacri studio in bellū secuta, maxis q̃dē laborib<sup>9</sup> & periculis, sed maiore p̃fecto laude gl̃iaq; barbariē illā truculētā, & fœdā ñris toties cladib<sup>9</sup> triūphātē Europæ tādē finibus exturbauit. Sed quid ego hęc ap̃d te sūme pontifex? quasi verò aut meæ partes sint tui adhortandi, ac nō potius adorandi, aut tu stimulis idigeas vllis icitādusq; cuiq̃ sis, qui tua sponte nihil vnq̃, nisi arduum, nisi excelsū, singulare vel cogitas, vel moliris. Quare finē dicēdi faciem, si pri<sup>9</sup> rē publicā nostram deditissimam deuotissimāq; tibi sancte pater cunctis animi & cordis viribus sup̃

plicit̃ cōmendauero, quę nō min⁹ Alexādro sexto pōtifice maxi-  
mo nūc exultat: q̃ olim Alexādro tertio ciue suo Romano itē pō-  
tifice exultauit. illo qui Federici īperatoris veniā petentis ceruicē  
decalcauit. Nā neq; dubitam⁹ quā tuti semper sub vmbra alarū  
tuarū Senenses futuri sim⁹: sicuti sub aliorū pontificū praeſidio fui-  
m⁹ haſte⁹: & beneficia cōmodaq; nec pauciora abs te, nec mino-  
ra proſp̃ expectam⁹: q̃olim a patruo illo tuo ſanctiſſio pōtifice ac-  
ceperim⁹. Reliquū eſt: vt deū optimū maximūq; precemur: vt felix  
fauſtūq; tibi ſit: emp: quicquid agas: quicquid cogites: vtiq; in iſta  
ſublimi cathedra ſedēs: atq; imperās annos Petri. procul excedas  
quo videlicet oues tuæ vocē agnoſcētes tuā: tutæ vndiq; ſub tanto  
paſtore & ſaturę diutina ſecuritate perfruātur. Dixi.

Pro Oratorib⁹ Florētīnorū ad Alphōſum Sicilię Regem.

**A**ldito Ferdinādi ſapiētīſſimi regis obitu Florētina citas  
inuiſte Alphōſe rex: non m⁹nus conſternata eſt: q̃ ſi ip̃a  
quoq; tecū parēte idulgētīſſimo eſſet orbata. Nullū eīm  
ab eo nra reſpublica vel ſtudiū: vel officiū deſiderabat:  
qđ preſtare vnq; pī⁹ genitor etiā chariſſimis liberis cōſueuiſſet: vt  
q̃ eā toties & cōſilio iuuerit: & opib⁹ deſederit: & auctoritate mū-  
uerit. Itaq; cōmuni quaſi luctu nos ad te ciues ſuos vēire iuſſit: vt  
tecū gemit⁹: lamētā: ſuā vicē cōferrem⁹. Cui poſt q̃ mūeri ſatiſfecit  
ſem⁹: tū colligere noſ ea tecū piter mādauit: quib⁹ cōmunis dolor  
ſi nō penit⁹ tolleretur: at certe minueret. Multa autē ſeſe nobis of-  
ferūt, quæ nimiū luctū quaſi ſuo iure caſtigēt. Sed illa ī primis, q̃  
perpetuo quodā tenore felicitatis eſt vī⁹ dū vixit Ferdinandus: q̃  
exitum habuit facilē: nō armis melioribus fraudatus: non faſtidia  
trīſtoris ſenectutis expertus: q̃ ſuperſtitē ſibi gloriā reliquit: ſic vt  
iuſtitia: ſapiētia: cōſtātia: q̃ fama: (quę propriē regiæ ſūt virtutes)  
nemini etiā veterū cōceſſerit. Ad hęc regnū tibi tradidit: hoc eſt  
cui maxime debuit: cui maxime voluit: opulētū: triāquillū: pacatū  
viris: armisq; florēs. Tibi iquā regnū hoc tradidit Alphōſe rex ma-  
ximo natu filio: tot reb⁹: tot bellis exercitato: quē toties victorem  
cōplexus eſt: toties triūphantem proſecutus: cuiq; viuēs adhuc re-  
gni totius habenas domi: forisq; tradiderat: cuiuſq; vigilātia fret⁹  
in vtram vellet aurē (qđ dicitur) oculos dormiebat. Quos autem ti-  
bi fratres genuit? Q̃ quidē ſentientes? Q̃ etiā ſemper vnanimēs?  
Quem vero etiā nepotē vidit ex te natū: ſibiq; cognominē, regiæ  
vere indolis iuuenem: iā caſtris regēdis idoneum: miris excellentē  
virtutibus: expreſſiſſā quādam (vt vere omnes dicunt) imaginē  
vult⁹ animiq; tui: Mitto neceſſitudines alias: amicos: ſocios: adiū

## Angeli Politiani

mēta: pāsidia: stabilimētaq; regni tāta: mitto populariū studia q̄  
pri<sup>o</sup> etiā per se prōpta: tua tamē quoq; liberalitas euocauit. Hæc  
igitur atq; alia quæ breuitatis studio prætereo: cū tot tātaq; sint vt  
neq; plura, neq; āpliora optare hoīes pudētes audeant a superis:  
ingrati profecto sim<sup>9</sup>: si nō ratiocinemur: quæ reliqui summa fiat:  
ac saltē bona ip̄a cum alijs compēsemus. Reliquū est Rex magna  
nime Alphonse: vt reipublice nostre noīe: quæ tibi deditissima est:  
oīa polliceamur: demusq; fidem nūq̄ Florentinos tuos ylla in re  
quæcūq; fors ceciderit defuturos. Dixi.

Pro Oratorib<sup>9</sup> Florentinorū ad Alphonsū Siciliæ Regem



Vanta nos affici lætitia credis: quāto esse gaudio pfusos  
uicte Alphōse rex: cū tāta omnīū alacritate: studioq; po-  
pulorū tenerete pacatissimū regnū moderariq; videm<sup>9</sup>.  
Qđ inaudita quadā virtute tu<sup>9</sup> ille diuinissim<sup>9</sup> auus pe-  
perit: quod incredibili sapētia prouidentissim<sup>9</sup> pater gubernauit. Et  
enī si votis optād<sup>9</sup> rex fuisset, nō aliū profecto, quicūq; rebus Ita-  
lis fauēt, a superis poposcisset: q̄ eū p̄cipem: qui ductu imperioq;  
suo diffētiētē Italiā pacauisset. Idēq; feras illas & sāguinariās Tur-  
corū nationes: tot cōtētionib<sup>9</sup>: tot prælijs: tāto labore: tanto etiā  
periculo a nostris iugulis a n̄ris ceruicib<sup>9</sup>: a tēplis: ab altarib<sup>9</sup> de-  
pulisset: q̄ deniq; res aduersas fortit<sup>9</sup>: scđas moderate ferre vtrancq;  
fortunā expt<sup>9</sup> didicisset. Atq; hæ bellicæ quidem laudes quem ad-  
modū tuę sūt Alphonse rex, propriæ scđ & peculiare: ita illæ pa-  
cis artes certari sibi te vīdicāt: fides, iustitia, grauitas, altitudo aī,  
moderatio, cōstātia, tū libera litas, idulgētia, clemētia, comitas,  
affabilitas, humanitas: quæ maiestātē pariter & gratiā cōciliāt. Et  
cū mortales oēs ad te amandū: colēdūq; alliciāt: regij tamē diade-  
matis fulgori nihil officiunt. Iam quantum ingenio: quātum consi-  
lio valeas quis ignorat? Mēoria certe rerū verborūq; tāta tua esse  
dicī: vt pene prodigio similis habeatur. Literę autē tā multæ tāq;  
elegātes: vt illustrare etiā professores ip̄os atq; hoc vnū semp agē-  
tes abūdē queant. Itaq; si nūc Socratic<sup>9</sup> ille Xenophon reuiscat  
minime dubitādum sit: quin Cyro illo præterito te sibi vnū deligat  
Alphōse: cuius ad exemplar imaginē perfecti regis: atq; oib<sup>9</sup> abso-  
luti nūeris effingat. Merito igif gratulātur tibi oīes quicūq; rem  
publicā Itolorū saluā cupiūt. Sed in cōmuni lætitia vehementius  
tamē Florētina ciuitas exultat: sic vt vix capere animis inexplēbi-  
lem leticiā possit. Quæ tā multis vltro citroq; meritis atq; officijs  
diu iā se tibi rebusq; tuis inenodabilivinculo copulauit. Ipsa medi-  
uiffidī<sup>9</sup> testā yrbis & mœnia nobis huc proficiscētibus gestiebāt: &

Oratio pro Præatore Florentinorum. Fo. LXIII.

quæ rei natura non patitur, reuelli pene a solo urbs, & cupere ipsa nobiscum ire ad te gratulatū videbatur. Quod quoniam non potuit, nos potissimum ciues suos publice misit, ut isto nobis gratissimum munere defugeremur, quos et priuati tibi maioribusque tuis, & esse & fuisse deditissimos intelligebat. Gratulamur igitur tibi rex inclite publico patrie nomine, gratulaturi (si locus ferret) et priuato, tibi quoque & tuis die illud quo regno patrio atque auito inauguratus es, aspicatissimum esse volumus, ac deum optimè maximè precamur, ut prosperis utique rerum tuarum perpetuum diu felicitatis tenorem, ac postremo secundissimos exitus accommodet. Dixi.

Pro Præatore Florentio ad dominos ieiunantes summum magistratū.

**M**agnāda hæc in primis consuetudo a maioribus vestris tradita magnifici potestatesque domini, ut apud vos urbanus prætor summe ineuntes magistratum de iustitia verba faciat. Quo videlicet una opera & vos officij vestri admoneat, & ipse sui reminiscatur. Nam quod iustitiā colit, eum necesse est ut virtutes et ceteræ comitentur. Omnium quippe nutrix & mater iustitia, quæ si a se auer setur, sapientia, si in corporibus, bona valetudo, si in domo concordia, si in ciuitate, pax, si denique in mundo, prouidentia nominatur. Hanc quæ habeant hi nec metu perturbant, nec pudore confundunt, nec sollicitudine carpunt, nec angoribus excruciant. sed ipsi sibi constāt, & quæ sincera voluptas est, tranquillo animo semper & quieto perfruuntur. Itaque genus Indorum, qui Pedalij vocantur, nihil a dijs aliud in sacrificijs quod iustitiā poscebant. Qua una impetrata omnia se adeptos arbitrabantur. Sed cum tueri iustitiā mortales omnes debeant, tum vestri in primis hoc munus excelsi, potentesque domini. Quorum qui primus est ipso se nomine iustitiæ ferre vexillum profiteatur, ut qui deinceps eum sequimini nihil aliud oino aut esse, aut dici quod eiusdem iustitiæ ministres fortissimi, ac propugnatores acerrimi debeatis. Nihil igitur verbis, aut meis opus est vobis, aut cuiusquam, si locum, gradumque & ordinem istum cognoueritis, in quo vos senatus, populusque Florentinus collocauit. Quocirca finem dicendi faciam, si prius illud Epicteti Stoici dictum vestris auribus ingesserō. Neminem recte alijs ius dicere: nisi qui iudex prius ipse semet fuerit. In Fæsulano Rusculo. M. CCCXCIII.

Hermolai Barbari in Paraphrasin Physices Themistij,  
Præfatio ad Antonium Galateum.

**D**iloxerunt eryxidis & gnathonē sicutulæ perceres, imo vero extrēos, ac perditos gulones cupedi uorasque infamant li tæ, quæ conuiuijs adhibiti emungere se in pultarijs soliti essent ut abstinentibus ceteris soli epulis amplius fruerentur. Idem

## Hermolai Barbari

nilhil vidēt peccare, qui studia liberaliū artium docere, aut scribe  
re ingressi / vocabulis sordidis, & ex' intia plebei sermonis fece' acce  
ptis fœdāt cōtamināt oīa, vt bonis mētibus, & p̄claris igenijs aut  
auerfis, aut perterrefactis soli rerū potianē, voluptentq; citra æ  
mulū. Ita fit, vt qui paulo mō humanius educati, institutiq; sunt  
non reformident hęc adeo, sed fugiāt, oderit, despuāt. Contra ru  
dissimus quisq; ifatissimusq; admoliri manusijs audeat. Qd non  
cōtigeret, nisiq; (vt in puerbio ē) balbi balbos intelligūt. Ac sunt  
quidē nonnulli tam male affecti, animatiq; vt putent q̄ in philo  
sophia, mathesi, iuris scientia tractāt, latie dici aut explicari nō  
posse, nō tā propter egestatē lingue, & reꝝ nouitatē (vt Lucretio  
videtur) q̄q; sentiunt hūanas literas quasi negotium facessere, &  
īpedimēto esse maioribꝝ doctrinis. In quo alij etiā īpportunꝝ sto  
lidiusq; affirmāt pugnātia esse hęc non alio genere, q̄ ea q̄ dispa  
rata & cōtraria agētibus dicunt. Proinde vitio vertūt, liqui vtrūq;  
aut iunctim condicāt, aut ab eloq̄ntiæ studijs se ad philosophiam  
cōuertat. Hi sūt q̄ plausus modo ī celebritatibꝝ captāt, qui per vr  
bes vehūf cōspiciū, qui vnicos se aristotelis lectores narratoresq;  
& credūt & p̄dicāt. Durius fortasse verbū, q̄ vt vñ hō minime iurgi  
osus, īmodestꝝq; afferat, vel vt abesse ab eo iuidia possit. Sed (for  
tis fortuna) dicēdū est. Nihil æque perniciosum in oī republica ē,  
q̄ ista persuasio, nihil tota vita incōmodius, indignius, fœdus, q̄  
puersio hęc & deprauatio studiorū. Addicerē hoc necessarijs re  
bus & testibꝝ, sed nolo eē longior ī re nō dubia. Illud non possū ta  
cere, hoc qd vulgo credit, philosophos non esse rebus gerendis a  
ptos, nauosq; nō aliunde habuisse ortū, q̄q; ex ijs p̄tmi, dū se to  
tos ponūt ī vna illa, cui addicti sunt arte, āspērnat, & deferunt cē  
tera. Eloquentiā abdicant, id est cultū & elegantīā vitæ. Histori  
am negligūt, id est magistrā, & ducē bene ac beate viuēdi, de qua  
& vsus rerū oīm prouenit, & peritiā tota reipublicæ administrā  
dæ constituendæq; p̄itur. Hi cū legati ad externos mittūt cū præ  
tores iuri dicundo sedēt, cū in senatu sententiā roganē, mirū nō ē,  
si aliquando p̄sentibus risum excutiant, si fatua, si delira, si extre  
ma deblaterāt, si tota eorū nō plus incōpta, q̄ imprudēs oratio ē.  
Et Hercules nullū hōim genus vīsitur tam abhorrens a sensu cō  
muni, tam distorto & corrupto iudicio q̄ qui aut philosophiā aut  
ius ciuile, sine literis cultioribus adierunt. Sed mittamus obsecro  
hos, qui non verbis, sed ferula cōmonendi essent. nisi q̄ senex est  
psitacus negligit ferulā. Priꝝ tñ q̄ hīc decedo, de genē hoc ita ita  
tuo, quēadmodum luscitiosi exq̄tius cernunt vesperi, quā ī diu,

ita his facili<sup>9</sup> p<sup>o</sup>postera & cōfusa, q̄ recta & explanata p<sup>o</sup>ciunt. Et  
 quēadmodū q̄ misere degunt (vt inquit Plato) dicunt hūanū gen<sup>9</sup>  
 foelix ac beatū eē nō posse, ita qui diuersū a musis īgeniū obtinēt,  
 negant habere eas posse in q̄b<sup>9</sup> ipsi artibus versent<sup>r</sup>. Cæterum  
 hortor te mi Galatee, vt adolescentibus istis vīs nouitios phōs  
 cū veteribus cōferas, pēsitesq̄, vt quantū intersit intelligant. Incū  
 be oī studio, labore, dexteritate, prudētia, vt opīnionem illam de  
 qua superius dixi (quæ fere in hominū mētibus obduuit) aut di  
 discutias: aut mollias. Ita enim & illos priuati, & literatos omnes  
 in cōmune p<sup>o</sup>meritis fueris. Mltū te in hoc iuuabit Pompanus no  
 ster, cuius tāta est vel doctri<sup>n</sup>a, v<sup>l</sup> authoritas, v<sup>l</sup> vtrūq̄, vt spera  
 re sit eū (si vires itēderit) talē huic malo futurū, qualis aut sphynxi  
 ōdip<sup>9</sup>, aut hydræ Hercules fuit. Q<sup>u</sup> si quos nactus fueris egregie  
 ptinaces (sūt em̄ & ī volucrū, & ī terrestrium genere aīalia q̄ fortī  
 dis gaudēt) ad hos tu ceu aui p<sup>o</sup>postera ortos, lustratos, & intem  
 pijs actos, ac plane depositos, deploratosq̄; ne manū qdē admo  
 ueas. Nūc restat vt de me ipso tibi aliqua dicā. Mirari te noli si infi  
 nitos errores, quos isti p<sup>o</sup>tim īperitia linguæ, partim Aristotelicæ  
 disciplinæ inciticia prælegūt, & defendunt ī scholis, non coarguo.  
 Nec em̄ hāc p<sup>o</sup>uinciā suscepimus scribendi res phylicas, vt cum il  
 lis tanq̄ ī palæstra (vt dicī) certarem<sup>9</sup> de laude, & gloria, quippe  
 quos vincere nullū negotiū sit, sed vt v<sup>l</sup> nobis īp<sup>o</sup>sis cōmētaremur  
 hęc si nullos habituri lectatores essemus, v<sup>l</sup> si quib<sup>9</sup> idē qui nobis  
 stomachus esset, sīs ad bonas literas aliquid opeculæ adderem<sup>9</sup>.  
 Nec em̄ spūs magis magnos ī hoc q̄ vtilēs (vt ille īquit) afferimus.  
 Nec de nobis quicq̄ magnopere arduū pollicemur: sed q̄dam tū iue  
 nisse nō negamus, q̄ aggredientes ad hęc tantisper morari nō in  
 uenta potuerint. Illud tēpus est in calce vti dicam<sup>9</sup>, nos tibi inter  
 p<sup>o</sup>tationē ī Paraphrasin phylicas p<sup>o</sup> n<sup>o</sup>ra veteri, ac stabili necessitu  
 die volētes dicasse. Alioquin dicatur ā hęc stipulat<sup>9</sup> a nobis es, cō  
 essemus istic. Oppigneratā tibi fidē reluimus, q̄q̄ p<sup>o</sup>scriptione vti  
 poteramus & fori & decēnij. Sed bñficio harū legū renunciāt phi  
 losophi quibus in fraude poni vel furioso abiurare gladiū. Vale  
 Venetijs, M. CCCCLXXX.

Hermolai Barbari in Paraphrasin Themistij peripatetici  
 Præfatio ad Sixtum quartum Pontificem maximum.



Vi tibi studio<sup>9</sup> suoz opa nūcupāt Sixte pontifex summe  
 q̄rte, alij id agūt, vt te vtcūq̄ sibi p<sup>o</sup>mereāt, alij vt fructū  
 aliquē fēriant iudiciij tui de se, alij vt abs te tū p<sup>o</sup>benē, &  
 hī ob alias causas. Ego vero hęc tibi dedico, tum vt meā in te ob

## Hermolai Barbari

seruantia, praesertimq; Zacharie patris qui istuc ad te pro Venetis agit legatus, agnoscas. Tu vltimae, vt te pro fide ea (q̄ a me tibi vt principi meo debetur summa) instituti illi<sup>9</sup> tui praedari & diuini comonea, qd̄ priusquam creat<sup>9</sup> pontifex es flagrantissime aplex<sup>9</sup> vide ris, adiuuandi, prouehendiq; litteras, q̄ proculdubio sine auctoritate & diligentia doctissimi principis, aut interiturae penitus videbatur, aut ad pristinae barbariae rediturae. Na & ingenia vndiq; cõduxi sti, & bibliotheca opulētissima aere tuo ipensaq; publicasti. Nunc te obsecrant, obtestanturq; bonae omnes artes, ne (q̄ tuae maxime occupationes sunt) negligētiuscule in posterū habeāt. Errāt qui credunt grauius esse cū quibusuis hostib<sup>9</sup>, quā cū imperitis, & indiser tis bellū. Intestinū hoc & intra parietes, ac perpetuū. Illud exter num, tēporariūq; In eo libertas, imperiū, vita sub alea est, in hoc labes incerta. Per illud desinas viuere, vt res pessime cedat. Per hoc viuas omnino, sed viuas nō hō. A barbaris, a feris, a vulgo dif ferimus, q̄ litteras habem<sup>9</sup>, illi non habēt. Ceteris vincimur. Tol le hoc discrimen, deteriores sim<sup>9</sup>, q̄ barbari, quā fere q̄ vulg<sup>9</sup>. Hoc tibi (qd̄ coepisti) spectandum idē idē p̄mendūmq; assidue p̄positū est. Nullę sint cogitationes tuae tā multę, tā arduę, q̄ curā tibi hāc aut excutiāt, aut offūdāt. Sub Nicolao principe exercere se, ac re uirescere studia coepit. Nisi tu, quod facis, facere pseueres, neces se ē cōsenescāt denuo atq; decedāt. Igit̄ Themistiū ē familia Ari stotelis elegantē philosophū ad te in latinum sermonem conuer ti, ratus nō ingratiſsimā tibi rem me facturū, si philosophia ea quā de natura est, latinis lris quātā mō legitur in scholis contineretur. Videbam nihil incultius, horridius, ineptius, quā partem istam li teraturae hēri. Placuit periclitari in Themistio an istec quoq; pro prietate & lucē Romanae linguae reciperet. Oppido q̄ laboratum mihi in hac interpretatiōe est, non tā q̄ nihil inuari ab ijs auctori bus potui, qui Aristotelē cōmentati foede, ac barbare pridē sunt, quā q̄ ne ab illis quoq; q̄tate nra latinā eloquentiā professi grā ca eius philosophi cōmentaria transtulerunt. Horū pleriq; dū alie nam incitiā insectātur, suā prodidere. Adeo omnia ab ijs peruer se, deprauateq; sunt perscripta, vt si quis interpretationes eorū cū illis veteribus conferat, quas rephēdūt, vlt̄ aliqua Aristopha nis libra, aut Critolai appensas examinet, vtrā earū vergant in ternosci non possit. Percussere singillatī, quęcunq; peccassent, nisi plura eorū essent errata, q̄ verba. Alioquin non cessendi quēquā lacerādiue studio, sed iuuādi bonas mētes hec scribim<sup>9</sup>. Magnā, incomparabilemq; iacturam iam pridem fecim<sup>9</sup> Pontifex maxime

Præfatio in Paraphrasin Themistii, Fo. LXVI.

in Theodoro Gaza: qui vir græcus latinis oēs in hoc munere scri-  
bēdi/interpretādīq; superauit. Is si diutius vixisset: linguā latinā  
hac quoq; parte locupletasset: Quod & fecit in libris illis absolutis  
simis de aīalibus Aristotelis: & Theophrasti de stirpibus. Hic vn'  
mihī certare cū vetustate ipsa visus est: hūc mihī quē colerē/quem  
imitarer pposui. Ab huius scriptis adiutū me & fateor/ & prædico.  
Hunc ego nō manopere incuriosius legi: q̃ M. Tullium; Pliniū; Co-  
lumellā; Varronem; Senecam; Apuleiū; & ceteros: quos in hoc ge-  
nere cōmentandī diligēter euoluere necessariū est. Ne ille quoq;  
minimus labor noster fuit. q̃ in ijs libris vertendis non modo non-  
expressim<sup>9</sup> verbū e verbo: quod interpretes indifertos solere Ci-  
cero meminit: sed libere & trāslationib<sup>9</sup>/ & figuris/ & tropis vsi su-  
m<sup>9</sup> ad morē Romanū sensibus stantibus. Lusimus arbitrato nō  
sed sententiam integrā dedimus auctori. Tantū vero abest: vt ali-  
quid prætermiserim<sup>9</sup>/ dissimulauerim<sup>9</sup> ve: vt illud periculū sit: ne  
q; eruditioni impēse studuim<sup>9</sup>, addidisse aliqua poti<sup>9</sup> q̃ detraxisse  
inuisorib<sup>9</sup> videri possimus. In plenum non tā latinū reddere The-  
mistū, q̃ certare cū eo volui. Hæc enī laus (vt ille ait) linguæ lati-  
næ est: vt græcā proprietatē/ & gratiā in trāsserēdo: aut æques:  
aut etiā antecellas. Hoc menō dico assecutū fuisse: sed crimē meū  
cōfiteor. Laboraui plane ābitu. Sed an effecerī quod querebam:  
alij iudicent. Ipse certe mea nec magnifico: nec proba. Sed quid  
te princeps humanissime orōne lōga detineo? Finem faciā si quæ-  
dam de Themistio dixerō. Is Libani sophistæ: & Iuliani Cæsaris  
temporibus floruit. A quibusdam abbreviator creditus Alexātri  
ex Aphrodisiade est: sed falso. Nam & ab eo diffētit haud timide:  
cū collibuit: & ab ordīe/ ac serie ei<sup>9</sup> euariat. Præterea ipsemet se  
paphrasten Aristotelis facit. Est autē Paraphrasis exercitāmētī a  
pud rhetoras gen<sup>9</sup>. Ea finit a græcis hoc mō: vt sit quæ narrationi  
proportionē rīdeat: aut sic: in qua vertimus aliorum scripta nō in  
alia: quæ humilia grādiora vefint: vt a Metaphrasi differat: sed  
in paria sensu mō seruato. qđ & Fabius duobus locis sic explicat.  
Tū mutatis verbis interpretari: tū Paraphrasi audaci<sup>9</sup> vertere: qñ  
& breuiare quædam & exornare saluo modo sēsū dimittitur. quod  
op<sup>9</sup> cōsummatis professorib<sup>9</sup> difficile: qui commode tractauerint  
cuicūq; discendo sufficient. Alio itē loco. Sed & ipsis inquit senten-  
tijs adiicere licet oratorū robur: & omīssa supplere: & effusa sub-  
stringere. Nec ego Paraphrasin esse interpretatōnē tantū volo:  
sed circa eosdē sensus certamen atq; æmulationē. Dictus est & a  
quibusdā Ecphrastes. Est autē Ecphrasis mēra: puraq; enarratio.

Para-  
phrasis.  
Meta-  
phrasis.

ecphra-  
stes.  
Ecphra-  
sis.

## Hermolai Barbari

Quod ergo diximus inter initia doctissime pontifex susceptū abs te patrociniū literarū, ne desere. Cum dico literas: philosophiā intelligo. Quę coniūcta cū eloquētia cū sit ite eruditio summa & summa fortuna: facile sperare possumus temporib⁹ tuis futurū: vt recta studia volente te (nam potes: nec ali⁹ pōt) ad dignitatē pristīnam reuocentur. Vale. Venetijs. M. cccclxxx.

Hermolai Barbari in castigationes Plinianas ad Alexandrū sextum Pontificem maximum Prefatio.



Vi lucubrationes suas regib⁹ inscribūt Alexāder sexte pōtifex maxime: veterē cōsuetudinē sequūt. Nec ite rest qua materia: mō nō obscœna. Quādo ea literarū dignitas & quasi prerogatiua sēper fuit: vt dicarī eas sibi pīcipes & honestū & glīosū putarēt. Adeoq; nullū gen⁹ fastiditū est vt Iul⁹ Pollux ad Cōmodum Cēsare de grāmatica: vitruui⁹ ad Augustum de architectura: Oppian⁹ ad Antoninū de piscib⁹: Diophanes ad deiotarū regē de agricultura scripserit. Ego vero Plinianas castigationes: quas legat⁹ Romę necdū sacris initiatus ichoaueram: optimis & doctissimis viris suadētib⁹ perfectas emissurus grauiissime reprehēdēdus fuissē: nisi eas (qualescūq; forēt) numini & maiestati tuę cōsecrassem. Futurū enī erat: vt cū alia / tum illud quoq; diceret: ideo me tibi eas dicare noluisse: quia nescirē aut quātū sēper ingenijs fauisses: aut quo demū aīmo princeps fact⁹ in bonos & studiosos hoīes futurus esses. Nicola⁹ quitus: a te septimus: cū ei renūciatū esset: quosdā esse Romā: qui bonos versus facerēt: negauit bonos esse. Cur iquit ad me nō veniūt: qui poetis etiā malis pateo? Molestē tulit homo sapiēs / i vrbe sua esse: qui līras scirēt / & nescirētur. Quāto mihi iustius tu succenseas pontifex maxime: si & militiæ & sacerdotij iure tibi secūdū deum maxime deuinctus auctoratusq; testimonio tuo sepissime ornat⁹: patrociniū adiutus auctoritate seruat⁹: cōmiserō: vt labores mei (quicūq; sit eorum genus) atrati hoc est sine auspicio tuo prodeāt. Nam ipse Plinius, si quemadmodū restitut⁹ fere creditur: ita redire posset ab inferis cui quæso aliq; salutem & dignitatē suā q̄ tibi commēdaturus esset? Quem simul atq; suscepisses: periculum non esset vti (quæ tua felicitas & auctoritas est) denuo pessimum cum latronum præda fieret. Quinq; milia in eo fere vulnera librariorū sanauim⁹: aut certe quē admodū sanari possent ostēdimus. Dixi librariorū: ne quis aut me parū pudentē esse: aut Plinium errasse dubitaret. Fuit & hæc vti lītas: q̄ in Pōponio quoq; Mela: quē nemo ignorat corruptissimū haberi: trecetā fere loca totidēq; in alijs auctorib⁹. mēdosa / p̄pere

i trāfitu, atq; aliud agentes correxim<sup>9</sup>. Nec oīm tñ p cōditio. Pro  
 digiosa q̄dem & mōstris insignia. Secūda tribus aliqua, minusq;  
 fœda. Iā quēdā ex cōfesso falsa, q̄dā ad electionē libera. Erūt & q̄  
 tutissimū fuerat omittē, si vtilib<sup>9</sup> ābitiosa prætulissē, aut placere  
 magis q̄ pdesse laborassē. Nuda aliqua, & q̄ velut notare inter a  
 gnoscētes satis habui. Aliqua paulo plurib<sup>9</sup> verbis explicata. Pas  
 sim vero auctores posuim<sup>9</sup> (id quidē verbosū fuit, sed occurrēdū  
 erat iuidiā) paucissimis exceptis, i quibus nō tā aleā aut libidinē  
 sed rōnē aliquā secuti sum<sup>9</sup>. Nec mihi fiducia est, vt (q̄d Fabi<sup>9</sup> quo  
 q; dixit) ea sola esse cōtēdā. Scio q̄dē inuēturos adhuc quis agaci<sup>9</sup>  
 indagare voluerit. Vt nāq; sit tēpus vnquā, quo nra hæc & leuia,  
 & paræ necessaria fuisse videāt. Ego vero tametsi quātū mediocri  
 tate valui, sūmū in ijs q̄ rēdis & exponēdis studiū adhibui, qua tñ  
 nec scire oīa p̄fiteor, & cōniungere mltō sapi<sup>9</sup> atq; falli propriū est  
 hoīs, pat<sup>9</sup> sū, si vllō vnquā ope, i hoc p̄cipue, q̄d ad bonorū iuuē  
 nū aliquā vtilitatē cōparauit, non pudorē mō adire dephensus, sed  
 & culpe satisfacere. Reliquū est Pōtifex sūme, vt Pliniū, & Plinio  
 literatos oēs fidei tuæ creditos, ita. fueare, vt oēs intelligāt te nō  
 mō religionis, sed ēt studiōrū & bonarū artū esse principē. Falle  
 ris si aliū fuisse pontificē existimas, de quo sibi oīs ordo, sexus, v<sup>9</sup>  
 ætas, vel maiora, vel plura spopōderit. Assentari nescio, & si scia  
 noli. Ridiculi sunt, nec animi tui magnitudinē itelligūt, qui eā te  
 p̄dicāt fecisse, q̄ nouus princeps nondū facere potueris, imperiū  
 promouisse, auctoritatē sanxisse, inocētissimas manus habuisse,  
 religionis & iustitiæ p̄tinacē fuisse. & sagitāt & expectantur hæc a  
 te, laudari sine adulationē, priusquā fiāt, nec possūt, nec pateris.  
 Atq; vt hæc ipsa priuat<sup>9</sup> cumulatisse p̄stiteris, nescio tñ quo pa  
 cto piguora q̄dā & grādiōra deſ derāt in p̄cipe. Illd̄ citra suspi  
 tionē captatæ græ testari licet, cū tu maxio rerū vsu, incōparabi  
 li prudētia, sūpma gloria, icredibili felicitare, admirabili sacūdi  
 a, prōptissio igenio, castissia eruditiōe polleas, facere nō possūt  
 hoīs p̄serti eruditi atq; studiosi, quin sūma oīa de te sibi ēt tacēte  
 polliceant. Huius aut̄ spei suæ fructū satis huberē cōsecutos se pu  
 tabūt, si Pliniū sine quo vix pōt latia res consistere, in clientelā tu  
 ā suscepis, atq; i<sup>9</sup> suscepis, vt op̄inonē de illo iā receptā, nō solū  
 agnoscere, sed ēt approbare videaris. Cōuelli q̄dē existimatio es  
 ius nullo mō pōt. Habeſ in manus, celebratur, colitur, p̄suasiss  
 mū ē indoctos esse qbus ille nō sapit. Vix tñ dici pōt quantū orna  
 menti atq; p̄sidiij eminentissio auctori patrociniū tuū asferre posse  
 videatur. Romæ. Octauo Calendas Sptembris. M. ccccxcij.

## Hermolai Barbari

Præfatio Hermolai Barbari, quū libros Aristotelis domi cœpit prælegere, quas lectiones *ἑρμολαί* vocauit. Cœpit autē mane sub emerſum ſolis fere,

**Q**uod ppoſitū meū eſſet in hac prouicia, quā ſuſcepi adoleſcētes optimi, q̄q̄ priuati & ſeorſū vobis ſæpe dixi, tū nūc quoq; dicendū vniuerſis, & icōmune puto. Anim⁹ eſt & pfeſſio primū Ariſtotelis ipſius, tū verba, tū ſenſu n̄ interpretari. Deinde qđ expoſitores ei⁹ vtraq; lingua dixerit, referre, ſed breuiter & cū delectu, ita nec onerati, nec inanes abibitis, id qđ conuerſo faciunt philoſophi ætatis n̄ræ. Expoſitores enim ipſos magna cura plegūt. ariſtoteles ipſe negligit. Quā quidē rō nē docēdi vtrū reprehēdā, nec ne, non ſū dictū⁹ hoc loco, certe nō ſequor, ſed aliud eſt reprehendere, aliud nō ſequi. Illud ſū ituriam cuiuſq; modeſte dictū arbitror, eos q; philoſophiæ præcepta tradūt. Ariſtotele poſtpoſito, philoſophos fortasſe magnos & admirabiles dici poſſe. Peripateticos vtiq; vel ſaltē Ariſtoteliſ ne chēri, nec appellari poſſe, niſi quis cōtendat, peripateticæ ſectæ placita melius ab alijs q̄ ab ariſtotele ipſo tradi. Neq; tū deterreri volo quēq; ſi qui ſunt e vobis q; pceptores huic iſtituto n̄rō cōtrarios audierint, imo gratulari poſſūt vtrūq; & q; pſpicaciores futuri ſunt, & q; facile iudicabūt, qđ iſerſit inter hoc & illud p̄cipiendū gen⁹. Contra quoq; ſi qui penitus rudes acceſſiſtis, nihil p̄pterea deſperādū, vobis eſt, niſi potius gaudendū, quibus contigerit incunabula philoſophiæ ab ipſo protin⁹ Ariſtotele doceri, & eam ſtatim viā ingredi, quam clariffimi & caſtiſſimi q; ſecutores ei⁹ ſolā nouerūt. Alioqui qui putāt hunc aditū patere, nemini qui ſcholaſillas philoſophiæ nunq; intrauerit, in magno verſat̄ errore q̄nquidē tales ſcholaſ nec. M. Verro, nec Brut⁹, nec Plāt⁹, nec Chalcidius, nec Boetius ingreſſi, nō Alexander, non Themiffius, non Porphirius, non Iamblicus nō Sīplicius, Philoſophi tū eminētiffimi, & Ariſtotelis interp̄tes iuratiſſimi fuere. Sed reuertor vñ ſū digreſſ⁹. Credo polliceri vobis poſſe duas res. Alteram interp̄taturū me vobis intra trienniū vñ ſūmū quadrienniū Ariſtotelis oīa volumina, hoc eſt quicquid ad dialecticē, quicquid ad philoſophiā naturalē, quicquidē ad trāſ naturalē pertinet. Item quicquid ad moralem, ad Rhetoricē, ad poeticē. Nam de omnibus ijs Ariſtotele ſcripſiſſe cōſtat. Quorū ne centeſima pars quidē legitur, nec ipſa plane legitur videlicet. Nā ex voluminib⁹ Ariſtotelis centū & vigintiquinq; aut ſex, aut ſeptē tm̄ legūt. Alterā, effecturū me p viribus, vt nihil ſit i Ariſtotele tam difficile, tam obſcurum, qđ allequinō poſſitis oēs intelli

gētia. Reliquū est vt hortor vos nō ad hęc studia: video enī icitatissimos vos esse: sed vt ad hoc desyderiū vestrū ardēs & cōcitatum afferatis & diligētiā, & cōstātiā. Facile magis cogitamus: vt in auscultatiōe naturali legīt. sed magis facile nō sequimur. Nihil est tā arduū quo humanū ingenīū penetrare nō possit. Sed sine labore sine vigilijs puenire nemo potest ad ea quæ nos a vulgo separāt & a populo. Cauendū autē vobis iter prima est: nō dico, ne per ignauā desistatis ab iccepto: sed ne victi difficultate videamini: atq; ita innūero eorū esse: quos ipsemet Aristoteles a lectiōe cōmētatiōnū suarū reiecit. Omnes enī philosophi discipulorum suorū ingenia pbabāt. Pythagoras ex insomnijs quæ per quietem vidissent Plato in cōuiuijs atq; potu. Aristoteles vtroq; melius ex ipsa sermōis obscuritate: ad quā nō præsētes a deo: sed & posteros explorauit quasi aquila insātes suos: vt quorū oculos cōmuerere sēserit: precipitet e schola tāq; adulterinos: quorū vero acies firma cōtra steterit: educet, & recipiat vt legitimos atq; suos, Quāobrem enitendū vobis est: vt hui<sup>9</sup> aglę videamini gnōsa soboles fuisse: nō pulli degeneres & eiecti. Cēterū tacere nolo vnū qđ ego maximū & precipuū ad studia philosophiæ comperi, quod quidem qui sequi vollet nemo est ingenio tā rectuso, tā hebeti: qui euadere nō possit ad hui<sup>9</sup> apicem doctrinę. Queritis quid hoc sit? Absoluo breuiter: voluptatum fuga: id quod versu quodam græco præcipitur.

τῶσπερ περ πῶτις καὶ ἄνθρωποι φιλοτιμοί.

Quem per iocum in os expressimus paraphrasi.

Venter: pluma: Venus laudem asfrigiendā sequenti.

Sed finem dicēdi faciā, si addidero ijs quæ dixi breuē sententiolā. Non sū a deo tardus, nec impudēs: q̄ magnitudinē hui<sup>9</sup> p̄fessionis meę ignorē: sed frētus sū nō eruditione aliqua mea: sed nonnulla fortasse diligētiā: vt qđ vel ingenio vel doctrinar on possū labore saltem, & cura pficiā. Propter quæ si sūt e vobis aliqui vel studiosi vel amātes mei: hāc vnā mercedē postulo, vt Aristotelē nō dico diligēt auscultetis, sed diligatis: atq; ametis. Atq; amari quidē & ipse velim: Sed si amare si quis nō potestis, Aristotelē solū p me diligite, atq; amate. amabitur aut tūc demū, cū cōperit intelligi, Illud verop̄suasissimū habetote: nullā vobis maiorem voluptatem futurā: q̄ cū ita familiarē habebitis Aristotelē vt libros eius legere cōtinēter & iōffesse valeatis expositorib<sup>9</sup> nō consultis. Hęc enim sūma profect<sup>9</sup> est. Hic finis librorū: vñ fruct<sup>9</sup> ille cumulatissimus: & vere beat<sup>9</sup> capit vt cū ipso plane viuo & p̄sentē loqui videamur: Sed accedēdi temp<sup>9</sup> est ad institutum nostrū. Dixi.

Oratio Hermolai Barbari Zachariae. F. Legati veneti ad Federicum Imperatorem, & Maximilianum Regem Romanorum principes inuictissimos.

**D** O Aq̃ literæ tuæ facer Imperator iucundissimū reipublicæ nostræ nūciū attulere: Maximilianū celsitudis tuę filium p̃cipez celeberrimū, & fortissimū admirabili populorū, & optimatū cōfēfulectum & salutatum esse regē Romanorum: Senatus & vniuersa ciuitas nostra nō cōtēta id per epistolā fecisse: cōgratū vtriq; nos misit, & ī mādatīs adiecit: vt magnitudinē gaudiij sui, qđ p̃ tāta re merito cōcepisset, nō duob⁹ modo vobis p̃cipes iuictissimi, sed Galliaē, sed Germaniaē, sed oībus gētib⁹, omnib⁹ nationib⁹ testatissimā & cōspiciuam facerem⁹. Cū quia nihil tam amplū, tā gloriosum sacratissimæ maiestati vestræ potest cōtingere: quod sibi quoq; p̃ sua in vos obseruantia fide beniuolētia cōmune non putet. Tum vero maxime, quia cū Christi anū nomē, & romanū imperiū hoc altissimo prouidētia vestræ cōfilio diuinitus amplificat⁹ sit: hoc tanto, & tam cōmuni bono sic afficitur vniuersa n̄ra respublica: vt sollicita sit admodum, ne latēciam incredibilem suā orōne cōsequi valeāmus. Q̃q̃ enim Cæsar g̃fiosissie vt a te primū īcipiā, nihil est fere: qđ vel a natura, vel a virtute, vel a fortūa sit expectandū: quin cumfatissime cōsecutus esse videaris: & iam pridē eas res gesseris artib⁹ pacis: & belli: q̃ nomē tuū æternitati cōmēdare possint: hic tamē opinione n̄ra fructū oīs anteactæ vitæ tuæ maximū cōepisti: q̃ filiū generosissimū, quī nobilissimas gētes, ferocissimos populos, bellicosissimas nationes nō minus armis q̃ sapientia vicisset: Regem Romanorum te viuo renūciari permiseris. Multa sūt maiorū tuorum Cæsar egregia cū bello: tum pace monumēta: quorū persecutio neq; loci neq; tēporis hui⁹ est: sed oīa ea vt per se magna sūt, & immortalī memoria digna: ita cū hoc vno facto cōparata m̄lto reperiūtur esse minora q̃ præ se ferūt. Ac gesserunt quidē illi rem Romanā tā præclare vt nihil addi potuerit: Sed q̃diu vixit, & vtiq; sibi. Tu autē, filio tuo ad gubernaculā tātarū rerū promot⁹: posteritati quoq; cōsulis: & pluribus in futurū sæculis prouides: rōne inuēta: quēadmodū curā publicæ salutis retinere videaris etiā post mortē: rat⁹ id quod est imperatoris esse boni: p̃spicere ne possit esse mal⁹ impator. P̃cipem esse malū: quē vitia successoris cōmendent, & bonū videri faciāt. Nā quor⁹ quisq; p̃ceps nō bon⁹ sit ad alterū collat⁹: Cōgratulatur ergo tecum sibi, & secū tibi princeps eminētissime non respublica modo n̄ra: Sed Christian⁹ orbis vniuersus: q̃ principē eū

quē certatim oēs flagitabāt: & tibi facere: & ſibi habere cōtigerit. Rara & viſenda felicitas tua Cæſar beatiffime: filiū genuiſſe: quē Gallię: quē Germanię: quē Barbari: quē Romani: quē pp̄ls Chriſti an⁹ imperatorē optare te viuo: te reluctāte nō erubeſcūt. Dixi te reluctāte. Nā hec tua diue Federice pp̄ria laus eſt: nō min⁹ tibi q̄ cæteris moderat⁹. Verebaris audio, modetiſſim⁹ & grauiffim⁹ impator, ne ſi p̄cib⁹ pp̄loꝝ: & p̄cipū oīm p̄tin⁹ annuiſſes: aut charitati p̄riſi filiū: aut ambitioni datū eſſe iudicaret. Parū tibi videat̄ p̄ſtare Cæſarē i alios: niſi aduerſ⁹ te ipſum quoq; p̄ſtitiffes immo q̄ clemētiffim⁹: humaniſſimus: & faciliſſimus es in ceteros: id qđ ego nō famę credo: ſed expt⁹ loquor: te parū æquus, & duriuſcul⁹ eſſe voluiſti, Nihil erat apud te fuga voluptatū, & cōtinētia: quas virtutes vno te: null⁹ āte te magis cōmēdauit: niſi & paternū affectū quo nihil eſſe cōſtat i homine potētius: nihil tā legitimū: caſtigatiōes & cōpreſſiſſes. Nec enī vitiū erat in Cæſare liberos ſuos: q̄ & ipſi ſūt Cæſares p̄tinus q̄ naſcūtur: reges eſſe cupere: qñquidē nō magis honeſtū eſt Regē vocari: q̄ Cæſaris eſſe filium. Iā p̄riſ in filios indulgētia poplariſ, & plauſibilis quoq; ſolet eſſe: nedū vt vel iuidioſa ſit, vel p̄broſa. Mam in Cæſare cōmēdabilis ſēper fuit i te vero etiā expetiit: quaſi debita. Nec iā indulgētiā nomē habet: ſed iuris & equitatis. Quis em̄ eſt filio tuo, vel bello: vel pace clarior: quę res aduerſe magis exercuere? Quis pp̄ls, & ſecūdis min⁹ intumuit: qſi vtraq; fortūa cōſtātior: ilabore pertinax: i remiſſiōe diligēs, ac p̄cinct⁹? Mitto bellicas virtutes: quę vt in eo p̄ſtabiles, & eximie: ita nec tēporū ſūt oīm, nec locorū. Attigāt pacis artes: quę ſēper & vbiquē ſūt vſui, ſapiētia, tēperātia, placabilitas, innocētia, religio, frugalitas. Hæc i iuvene vno tā p̄clare: tā eminētes eſſe phibēt: vt ne i ſene quidē ip̄atore maiora deſyderari poſſe videat̄: future p̄roſi incredibiles: niſi eū ex Aſtria gēte celebratiſſima, & filiū tuū eſſe meminiſſem⁹. Quę cū ita ſit: immortales tibi gr̄e prouiciatim, opp̄datimq; habētur: & ſēper habebūt Impator cōſultiſſime: q̄ p̄ cōmuni bono verecundiā, & modetiā tuā expugnari paſſ⁹ es. Ergo biſ te ipſū viciſti Cæſar iuſtiſſime. P̄riō cū oblatū filio tuo regnū mime diſſimulāter auerſat⁹ & dep̄cat⁹ es naturalēq; p̄riſ i filios pietatē virtute pl⁹ q̄ heroica: imo diuina quadā mētis, & aīmi magnitudine ſuperatſi. Secūdo cū hāc ipſam virtutē qua modo te viciſſes: vtilitatis publicę cōtēplatio puicit, & impetrat a Cæſare: qđ impetrari nō potuiſſet a patre. Sed iā dudū mihi Cæſar inuit Maximiliāe Auguſte p̄iceps generoſiſſie, vta ſe di

Cōuerſio  
orationis  
ad Maxi  
milianū.

## Hermolai Barbari.

cum quia laudes tuas pat equiore animo: q̃ suas audit: tum quia p hunc modū imperio senat⁹: & desyderio reipublice meli⁹ & hube ri⁹ satisfecero. Ergo maiestatis tuae nomē apud nostā celebre sem p fuit: vt ad diligēdum: amandūq; te propensos: etiam colendū & obseruādū ipulerit. Est hic mos reipublice nostrę peruetus, atq; sanct⁹, perniciosos, & improbos Tyrannos exitialiter odisse. Principibus bonis, & fortibus non solū fauere: sed etiā obsequi: di gnitatē eorum, & amplitudinē omnibus modis iuuare: tueri: dea fēdere. Aetate porro nra nemo de regū, & principū numero fue rit quem collidi tecū, & comparari posse iudicem⁹: omnino talis, & tant⁹ es apud nos: i quo vlt̃ plura, vel maiora: q̃ prae te feras: opta re, cōminisci, desyderare pudor sit: vt nemo mirari debeat si letis tiā immortalē, gaudiū incredibile, voluptatem icōparabilem: quam te Romano rege declarato cōcepimus: dicēdo. representare nullo modo possum⁹. Enitent ac prēlucent in vno te: sed iuuenē: mirum dictū virtutes omnes imperatorie, iustitia, liberalitas, aī magni tudo, clemētia, placabilitas, abstinentia voluptatū omnium, & vt complectar vno verbo multa: q̃ immaturum qui te ceruim⁹, tā ma turū imperij te cognoscim⁹. Peruidit hanc indolis altitudinem Ca rol⁹ rex Belgarū, experiētissimus belli dux: & acerrimi vir ingenij qua vsq; a dō exarsit: vt nihil pri⁹ habere videret: q̃ vt vnicam sibi filiam virginē magnae spei: foeminam lectissimam: heredem mul tarum gentiū, nationūq; futuram: & omnino quam multi reges appeterēt: obseruarēt: ambi rēt: tibi vni fere puero: nec vxorio: nec querenti: desponsare posset. Vnde iugesimo aut̃ aetatis anno cum princeps ille cui mox asciscēd⁹ gener eras: ab Leucis, & Heluetijs i ter ceptus esset: socieri tui regnū a Gallis occupatum ingressus: par ua manu fuis, & trucidatis ingentib⁹ hostiū copiis seruitute libe rasti: vxorem defūcti ducis, & filiam, fortunatissimas modo foemia nas: tū miserrimas & exangues, nec pl⁹ mœrore, q̃ metu cōfectas oī diuina & hūna spe destitutas erexisti, subleuasti redemisti, vi tam earū & dignitatem, & pudicitiam cōseruasti. Hoc maī, hoc p uicię tanto & tam immortalī beneficio deuinctae: virginē ope tuare creatam, virtute tua defensam, tuis armis inimicorū creptam iūrie desponsatam a patre pri⁹ animo, tūc certatim opere tibi collocāt videlicet vt eūdem generū atq; virum haberent, quem habebant & assertorem. & iudicem. Hacten⁹ rudimēta virtutis, & fortitudi nis tuę diximus. Quid illa que egisti, q̃ famigerata: q̃ mira, q̃ visen da: Nato tibi filio ciuiles ortę sediōnes sūt Morinis auctorib⁹, quo rum opera factum est vt charissimum tibi pignus nescio quo prētex

tu, custodiendum, & asseruandum eriperetur. Fuit hoc eorum nō  
 perfidia / non defectio princeps gloriosissime / sed fati vis hoc agentis  
 vt piteſtia quoq; bella clarior / & celebrior fieres. Nec em̃ pl<sup>o</sup> eos  
 amat fortuna / quos indulgenter habet / & quibus p̃cit / sed quos ia  
 ctat, quos exercet. alioqui clari nec bello / nec pace duces itelligū  
 tur, qbus oīa prospere cedunt, sed quibus contigit per labores, p  
 æruminas, per incōmoda splendescere, nā vt secundę res felicem,  
 magnum certe faciūt aduersæ. Alexandrum illum Maccedonem  
 sunt qui minus egregium bello ducem fuisse prædicent, q̃ ei nul  
 lius pugnæ non secunda fortuna fuerit, q̃q; i ipso rerum icremen  
 to nondum vertentem fortunam expertus, vita decesserit. In te  
 vero, quē certa syderum decreta sceptro patris & solio destinaue  
 rant, Quid mirū, si aliqui operam dederunt, vt tristiora tibi tēpo  
 ra iciderent, ne aut virtus quiete languesceret, aut parum dign<sup>o</sup>  
 iperio fuisse videreris, qui oīno futurus esses Imperator? Itaq; cō  
 tinuos nouem annos i castris agens, difficillia quinq; bella profligasti,  
 Gallicum siue Francicū, Eburonicum, Sicambricū, Bataui  
 cū, Morinicum. Quod quidem postremum haud facile iudicari  
 pōt, vtra tibi re gloriosius fuerit, eo ne q̃ filium tandiu tibi adē  
 ptum, auulsūq; recepisti, an eo q̃ nobilissimas gentes, sciētissimos  
 bellicæ rei populos, vrbes opulētissimas ad deditionem, & pœnitē  
 tiam compulisti, id quod nec Carolus Socer, nec profocer Philip  
 pus excellentissimi duces, hic bello, ille sapientia conseq̃ potuisse  
 mēorant. Non cogito Penægyricū Rex clarissime, non laboro ver  
 borum ābitu, nihil amplifico, nihil alleuo, s; decurro p capita, &  
 nudas rerum a te gestarū summas attigo. Mirantur tamen hæc o  
 mnes, mirantur et̃ citra fucum, & negligēter effusa. Plus mirent̃  
 si qui te proprius itrospicerent, & virtutes easituierentur, quarū  
 præsidij munitus tot isignes victorias, tam multa belli decora cō  
 secutus esses, videretur istud os tam probum, tam faciūdam, hæc  
 tracta de cēlo species, ista lacertorū & pectoris firmitas, hic toti<sup>o</sup>  
 corporis vigor, hæc aī tēpestiuitas, & volucritas, hic iperatorius  
 ardor oculorum. Præterea q̃ ferrox i prælio, mitis i contubernio,  
 effusus alijs, tibi parcus. In castris nō veste, nō mensa præcipu<sup>o</sup>,  
 agunt hyemes cū cetero milite sub pellibus, sudant estates æqua  
 liter. Epulæ modico, & castrēsi cibo contentæ. Iā quis te solertius  
 castris locum cupiat? cōmeatus expediat? hostem ludificetur? pu  
 gnę tēpus eligat? aciem instruat? vrbes obsidēe cingat? Neq; vero  
 partes Imperatoris, & optimi ducis iples, militis nō iples, nullū

# Hermolai Barbari

tibi castrēse munus sordet, non stare pro signis, non excubias forte agere, nō vallū ferre, non speculatū regredi, primus iure plū, postrem⁹ excedere, vtrūq; iuxta doctus, ope militē, & cōsilio duce agere. Nullā tibi vī pīcipalis fortūa, vī maiestatis īperij fūctiōnē remittit, nihil tibi parcis, nihil blādiris, īdigētissim⁹ cēteris tibi parum latus. Et oīno nihil gregario plus habes, nisi q̄ plus laboras, ratus id quod est, notā honorē, q̄ on⁹ esse q̄ regnas. Imperatoris hoc esse mun⁹, vt opes & magnitudinem suā non ad ambitum quē priuatū, sed ad salutē, & cōmoda rei publicae conuertat, vtiq; nō īperiū sibi, sed seipsū īperio dedititium faciat. Sed & illa tibi peculiaria feruntur. diligere quidem omnes, sed amicos ēt deligere, non oblatos istos & passi obuios, de palæstra, de sphæriterio, de fritillo, sed quos ad inocentiā, patientiam, cōtinentiā, ad algores, ad æstus, ad opa militaria sæpius exploraueris. Neq; em̄ amici sunt q̄cūq; vos sequunt, alioqui tā multi q̄ sunt (vt Plutarchus iquit) iculina mulsæ, quę cum ipso nīdore confluit, & recedūt. Sꝫ quos amicitia dignos esse iudicaueritis, eos debetis vos vltro sequi. Itaq; cū ijs, qui se tibi aliquādo virtute commendauissent, consuetudinē delectassent, vtilitate demeruissent, i oīa familiaritatis officia descēdis, & Cæsarem obliuisceris, vt amicū p̄stare possis. Neq; vero postremū iter laudes tuas posueri, q̄ literas & īgenia (sicut audio) tam īpense diligis, q̄q; bonas artis nō foues mō, sed alis atq; promoues. Imperatoriū & hoc decus, cū q̄ ī nullo plus emicat hic nītor, & hoc lumen doctriæ, q̄ ī regibus, vñ natū sit illud ex Homero Platonis īterpretatione, discipulos deorū non alios esse, q̄ reges, tū vero maxie q̄ p̄cepta sapientiæ nō habentibus modo profunt, sed ī alios ēt (fere dixerī plus) redundāt. Quis ignorat Anaxagoram ī Pericle, Platonem ī Dione multos īstituisse? Nō nauigasset ab exercitu Cato Rhodon, vt Athenodorus audiret, nec Panætiū Scipio vidē cōcupisset, nisi tm̄ ī ea re vel ornamentī vel fructus īesse iudicauisset. Praetereo multa prudēs atq; conscius, nihil me fugit, q̄ religiose, q̄ inocēter, q̄ sancte iuuentutem tuā exigas, patet oībus, obsequentiorem te patri filiū nec esse, nec fuisse quēq;. Scio q̄ p̄claræ, q̄ magnifice cogitationes tuæ sint oēs. Non ignoro q̄ pridē vota conceperis nuncupauerisq; digna p̄cipe Christiano, digna moribus tuis, digna Cæsare, digna te ipso. Hæ virtutes illę tuæ sunt īperator vnice, pp̄ quas ducē suū te bellicosissia terræ Galliæ pars Belge non modo nō dedignatur aduenam & Germanum, q̄bus alioqui tam sunt īfensi q̄ proximi, ligua cœlo moribusq; diiuncti, sed appetunt vt īdigenam, vne-

rant vt principē diligunt vt parentem. Hęc igitia tua merita ppter q̄ Federicus pater innocētissimus, & grauissimus Imperator adduci persuaderiq; potuit, vt te Regem Romanū se viuo renūciari pateretur. At differebat quidē ille primū, & cunctabatur, siml vt verecundiā & modestiā suam quemadmodum pdixim⁹ ab oī labe suspicionis assereret, simul vt exploraret, assentaretur ne patri, qui pro filio tā enixe laborarent, an consultum saluti suæ vellet, sed exemplo patuit acclamatōes illas atq; preces nō adulatīū voces fuisse, sed studētīū. Nā adulatio semel elisa protin⁹ frāgī, atq; languescit, Studia quo plus arcent, eo magis gliscunt & exardescunt. quanto nunc diue Federice gaudio perfūderis, q̄ si filius tuus te incolumi placere pōt Imperator? q̄ iucundum tibi, q̄ te comparari filio tuo sitis? Et qm̄ cōtrouersa res videtur, modo vincis modo vinceris. Cæterum quid prouidentia tua digni⁹. amplitudini gloriōsius, clementiæ, pietati, felicitati conuenienti⁹ facere potuisses, q̄ vtī quē ex vtilitate publica fuit vt genuisses, eidē quoq; patrem, & decus & nomen imperatoris accresceret? Ma-  
 e te igitur vtroq; in rē publicā merito. Etiā si difficile percipitur (vt inquit ille) pulchrius & honestius fuerit genuisse talē, an cooptasse. Non multo minor tñ vestra laus Germani principes itergerri-  
 mi, quorum ius id est Regem Romanum mox futurum iperato-  
 rem eligere. Nec em̄ possunt non optimi censerī, qui principes sibi optimos prospiciūt. Proinde cū talis, & tantus esset is quem legi-  
 stis, vt ex oībus anteponi meruerit, & ab oībus, scitote vos vtrumq; cumulatissimē consecutos fuisse, & vt gratiæ vobis ab oībus imor-  
 tales, & incredibiles haberentur, & nomen vestrum, eternitati cō-  
 mendatum & consecratum esset. Etenim vt nomine Vitellij, vel Othonis su-  
 de admonemur eorum qui faces illas atq; pestes ad-  
 dissipandum, & incessendum orbem intulissent, ita hæc optimi pri-  
 cipis electio nunq̄ memoriæ hominum sine vobis recurret, quoti-  
 esq; posterī vestri res ab illo fortiter gestas cognoscent, toties lau-  
 dabunt, qui talem imperio præfecerit. sed redeamus vnde nos cō-  
 tēplatio patris & eorū qui te legerunt abduxit. Magna per se res  
 erat oībus punctis oībus suffragijs, & (vt ita dicā) tributū centuria-  
 tūq; declaratum esse Regem Romanorum. Sed fecit occasio ma-  
 iorem. Ea sunt em̄ rei publicæ Christianæ tempora, is habit⁹ ipe-  
 rij, vt nō tam speciosum fuerit te regem creari, q̄ necessarium nec  
 ad futura modo, sed ad presentia rerum momēta salutare. Omit-  
 to singulatī enumerare publicas clades, omitto percēdere q̄ luxa-  
 ta, q̄ conuulsa sint omnia religionis Christianæ membra. Omitto

## Hermolai Barbari

bella, quibus imperium hoc distrigitur, sic enim piaculum in tam festa  
 praesentium gaudiorum luce misceri tristitia. Illud sine periculo viola  
 te publicae letitiae dices, hoc quod principes Germani de creando te si  
 bi, rege cogitauerunt, non tam consilium fuisse, quam remedium. Ergo non  
 ad ocium, non ad remissionem, non ad quietem, alioqui tibi debita post  
 tam multos labores, sed ad novas expeditiones, noua bella, novas  
 difficultates, imperium tibi tradit, omninoque per hoc non solatium tibi sed  
 alius querit. Nihil enim aliud cogitasse video summos viros qui te  
 patri tuo principi nobilissimo, sed annorum pleno socium addidere  
 quam ut ille consilio republicae, tu laboribus, & operibus adiuuare pos  
 ses. Quid illud quod gloriosum tibi, quod laetum patri, quod omnibus in tempore ut  
 regem decerni tunc demum te contingeret, cum opem tuam non impe  
 riū, sed imperator, nec imperator, sed pater expectaturus esse videre  
 tur? Accessit hoc ad cumulū aplitudinis, & fortunae tuae Rex praestan  
 tissie, ut qui filium infantem e penitissimis hostium munimentis eri  
 puisses, apud eundem patris quoque recreati gloria staret. Duos omnino  
 legimus cognomento pios fuisse, nec argumentum ignoras, unde sic  
 appellari meruerit. In te posteritas abiget, ut euentus hoc nomen  
 tibi conciliauerit, quod pius in parentem, an quod pius in filium apparue  
 ris. Sed iam tempus est, ut vela retraham, ne uolū me, quam volo aut  
 quam partes legati sunt, laudum vestrarum splendore, numero, magnitudine  
 detineri patiar. Quāobrem si nihil est in rebus humanis principe Ro  
 mano maius & augustius, sitalis & tantus est filius tuus Caesar, ut  
 ab omnibus legi debuerit & ex omnibus, denique si nihil vel nobiliter ad glo  
 riam, vel certius ad salutem excogitari poterat, quam ut ille rem publi  
 cam difficillio tempore capefferet, nemini minus videri debet si quod p  
 ritia testatus sum, ad huius magnitudinem letitiae nullius hominis facun  
 dia, nullius vis ingenij peruenire potest. Sed haec translatitia sunt com  
 munia omnibus, illae peculiares Veneto caule, quod neque genus est  
 vlla neque natio (absit verbo iudicia) cuius vel plura, vel maiora, &  
 in Christianam republicam cuius vos caput estis, & in Romanum imperium  
 argumenta beniuolentiae, fidei, pietatis appareant. Non auderem  
 ista profiteri Caesar optime, nisi & vera esse constaret, & tu vera li  
 berè audires. alioqui sciebam scelus esse coram te per certa dicere, nedum  
 falsa. Sunt & illa nobis propria Maximiliane Rex fortissime, quod claris  
 simum nomen Austriae familiae, qua nulla fuit unquam regum, Imperato  
 rumque foecundior, religiosū & venerabile semper habuimus, quod Federi  
 co patri tuo principi saluberrimo quicūque se restulerunt enixe studi  
 mus, quibuscumque eundem locis & temporibus singulari significatiōe vo  
 luntatis & obseruantiae prosecuti sumus, quod ipsum te semper a teneris

Oratio ad Imperatorē & Regē Romanorū. Fo. LXXII.

vinguiculis indictione quadā animi nō occulta impēssime colu-  
m<sup>9</sup>: auctoritati tuæ fauim<sup>9</sup>: amplitudinē quātū vires fuere defēdi  
m<sup>9</sup>. Iā qui p̄cipib<sup>9</sup> Lusitanīæ nobilissimis & fortissimis, vnde ma-  
ternū tibi genus est: qui socero tuo Carolo duci generosissimo: qui  
Philippo ei<sup>9</sup> patri sapientissio p̄cipi chariores vnq̄ fuere. Ve-  
neti: Tot modis copulati cū sublimitate vr̄a sumus: tam multiplici  
nexu vincti: vt qui hæc nō videt: nihil omnino videat: qui plus de-  
syderat, nihil om̄ino desyderet. Gratulat̄ ergo p̄ or<sup>9</sup> in vobis si-  
bi & in se vobis senat<sup>9</sup>: & vniuersa ciuitas nr̄a: non quātum ceteri  
facere: sed quātū nulli: nec quātū dici vel cogitari potest: sed quātū  
nec dici: nec cogitari fas est. Et quoniā ambo vos celeberrimi prin-  
cipes hic pater: inde filius ita mutuo creuistis: vt neq; tu maior ne-  
q; tu felicior esse possis: reliquū est vt deū optimum maximū cōdī-  
torē huius & seruatorē imperij publica vice cōprecer & obtester  
vt quādo rē Romanā p̄cipū duorum patris: & filij: huius matu-  
ritatē senioris: illius virtute iuuenis florentissimā esse voluit: bñfi-  
cio suo faueat: pietatēq; suā: & voluptatē conseruādī per optimos  
p̄cipes generis hūani sanciat: & perpetuā esse iubeat. Postremo  
vt illustrissimū ducem nostrū & inclytam rēpublicam incolumita-  
tis & gloriæ vr̄stræ cupidissimā: quæ te Cæsar semper & patrē: &  
p̄cipē Christianæ religiōis agnouit: coluit: & respexit: sacrosan-  
ctę maiestati tuæ quāta maxima possum<sup>9</sup> veneratiōe, religione,  
deuotione cōmendemus: opes nostras om̄nis atq; vires ad orna-  
mentū & incrementū imperij: dignitatem & amplitudinem sacra-  
tissimi nominis vr̄i: p̄optas, expostas, & dicatas esse doceamus.

Hermolaus Barbarus. I. Carōdeleto supremo Regis Ro-  
manorum Secretario. S.D.



Rationē a me nudius quartus habitā ad p̄cipes amplitu-  
dini tuę mitto recognoscēdā, castigandāq;. Q̄q̄ em̄ mei  
moris esset: nihil vnq̄ temere, nihil nō diu cōditū, atq; p̄f-  
sū emittere: cū primū tamen desiderari eā a te subodorā-  
tus sum: intuli mihi vim: & pernici tandem, vt instituto meo dece-  
derē: ratus id quoderat, minus esse malū, adire periculū famæ, q̄  
morā desyderio tuo facere. Queris vnde tanti sis apud me: quē ne  
de facie quidē norim. Perspectę sunt omnibus, eruditio, fides, ite-  
gritas tua. Compertū nobis est quātū Veneti nois studiosus sis: ex-  
ploratū habeo quantū me diligas parū merentē: quantū orōnē &  
actionē meā cōmēdes. Sed heus tu docte vir obsecro ne mirere, si  
qua leges i hoc libello, q̄ tūc dicta nō fuerit. Nec em̄ addidi nūc ea

## Hermolai Barbari

sed detraxi tūc: admonitus ab aulicis extēplo q̄limen attigi ne longus essem: ambitiosa reciderē: optima quēq̄ dicere: patiētissimis oīno sed occupatissimis tamen p̄cipib⁹ parcerē. Amputaui subito cōsilio multa: quēq̄ qđ potest cōs. liū fuisse si subitū! Ea q̄ tūc rescui modo sunt annexa. Vtrunq; veterum exēplo facim⁹: quos. F. Quintiliano teste cōstat longe aliter scripsisse: q̄ egisset. Exulanti Massiliae. A. Miloni quidā orationē. M. Tullij nō quā habuisset. pro eo: sed quā scripsisset: attulit. Tūc ille, si sic egisses igitur Marce Tullij, nō esset Massilię barbatus pisces Milo. Cæteruz nō dubito quī nisi te amor fallat: vt audiēdo tūc: ita nūc legendo non parum multa tibi displicitura sint. Sed æquū te quæso nobis & cognitorem: & iudicē præbe: considerans hoc & æstimās: qđ se sequi horā anteq̄ principes adirem⁹: significatū nobis fuerit: nō duas orationes seorsum: vt cogitabamus: atq; paraueramus: sed vnā duob⁹ iūctim habēdā: & recitādā esse. Plena difficultatis, plēa discriminis res erat: tota mihi ratio dicēdi pūcto tēp̄is mutādā fuit: orōnis ynuerse filum retexui atq; vt bræui rē cōplectar: & cutis: & facies ipsa prori⁹ interpolata est. Vale dec⁹ nīm: & me p̄cipi nobilissimō: cuius es inter eos qui sūt a secretis: merito supremus, cōmendatissimū rogo facias. Vt nam aliquādo tanti sim: vt res ab illo fortiter: & magnifice gestas posteritati cōmēdare possim. Tā facturum sim id libēter: q̄ qui maxime desyderet. Ex Brugis. Pridie nonas Augusti. M. cccclxxxvj.

Finis Præfationum. Prælectionum, & Orationum lepidissimarum optimorum disertissimorumq; politioris literaturæ procerum.

In ædib⁹ Barranis. sub quīdecimū calēdas Augusti.  
MDXX.

Alit scripsisse q̄ egisset oratores. Lepidū lectū Milonis.









